PARADOXOGRAPHI FLORENTINI

ANONYMI

OPUSCULUM DE AQUIS MIRABILIBUS

AD FIDEM CODICUM MANU SCRIPTORUM

EDITUM COMMENTARIO INSTRUCTUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

A PHILOSOPHORUM UNIVERSITATIS TUBINGENSIS

ORDINE ILLUSTRISSIMO

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HENRICUS ÖHLER

STUTTGARTIENSIS

TYPIS H. LAUPPII

TUBINGÆ APUD J. J. HECKENHAUER.

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulit W. Schmid.
10. VII. 1913.

Aviae et matri sacrum.

Conspectus
eorum, quae hoc libello continentur.

Errata

lege p. 50 GGM I 105 pro 104.
p. 112 λάκος (Οὐαδίμωνος) pro λάκκος.
p. 191/192 Dbg. p. 40, 41, 45 sine intervallo.

Praefatio.

1. Quae mirabilia dicantur quaque ratione ab auctoribus conscribantur.

Scripserunt de hac re:
Westermann, Παραδοξογράφοι, in praefatione.
Susemihl, I cap. 17. ‚Antigonos und die Wunderbücher' p. 463—486.
Keller, Rerum naturalium scriptores Graeci minores. I, 1877, in praefatione.
E. Oder in ‚Philologus', Suppl. VII, 346 sqq.
W. Schmid in ‚W. v. Christs Geschichte der griechischen Literatur'[5] II 1 p. 184.

Cum de mirabilium libro aliquo agatur, praemitti oportet, quali litterarum generi mirabilia adnumeranda sint. acutissime W. Schmid hoc genus appellat: „*ein Parasitengewächs am Baum der historischen und naturwissenschaftlichen Literatur*". et re vera ab iis libris, quibus res gestae, orbis terrarum, rerum natura describuntur, eos separare non licet, qui mirabilia continent. Graecos autem Romanosque constat non solum libris illis docendi causa accurate et certo ordine conscriptis mirabiles narrationes inseruisse [1]), sed etiam sola mirabilia animi delectandi causa conscripsisse, ordine ob varietatem neglecto vel adeo permixto, ut aquarum plantarum bestiarum hominum mirabilia non discreta cum apud alios tum in mirabilibus auscultationibus Aristoteli falso ascriptis et apud paradoxographum Vaticanum anonymum legamus.

Quomodo creverit et interierit hoc litterarum genus e solis mirabilium libellis erui non potest. accedunt enim permultae narrationes tum dispersae tum aliis coniunctae a pluribus auctoribus antiquis conscriptae et quamquam mirabilium liber Latine scriptus non est servatus, tamen, quomodo ex Posidonii temporibus res mirabiles traditae sint, cognoscere non possumus Vitruvii Ovidii Senecae Plinii Vibii aliorum libris neglectis.

1) quales sunt Senecae nat. quaest. lib. III, Plinii Secundi nat. hist. libri II cap. 224—232, Vitruvii de architectura libri VIII cap. 3, Strabonis Geogr. passim v. p. 10 a. 15.

Habitu autem huius litterarum generis adducimur, ut auctores illustres, qui seria scripserint, has nugas contempsisse putemus et vera aquarum mirabilia neque a Thucydide neque ab ullo oratore Attico tractata legimus [1]), Romanorum autem auctores clarissimi et nobilissimi Cicero Livius Vergilius Tacitus alii, Graecarum litterarum studiosissimi a mirabilibus describendis non abstinuerunt, apud Ennium vero quosque priores novimus auctores nihil reperitur.

Unde elucet priscos auctores Graecos a mirabilibus abstinuisse, inferioris autem aetatis auctores, quamvis seria conscribere proposuissent a mirabilibus inserendis non abstinuisse.

Mirabilia autem a veteribus non solum talia dicebantur, qualia refert paradoxographus Florentinus sed etiam, quae nonnulli memorabilia esse existimant sicut fontes calidi et fluvii terram subeuntes in mirabilium numerum referebantur. qua ratione ductus Plinius, ut exemplo utar, libri II capitibus 224—232 mirabilia permulta composuit.

Ex hac mirabilium copia magnam partem in genera digessit Carolus Hofmann: Kenntnisse der klassischen Völker von den physikalischen Eigenschaften des Wassers, I—III, 1909/10.

Quae praefatus, a quibus auctoribus mirabilia aquarum ex Homeri aetate usque ad Tzetzarum vel Phavorini tempora tradita sint, secundum temporum ordinem breviter exponam. nam quomodo, quae singuli auctores tradiderunt, inter se cohaereant, unde sumpta sint et quis ea denuo compilaverit, nondum satis perspecta habemus. qua de causa ea tantum, quae certa esse videntur, adiecta sunt, cetera autem obscura adhuc et parum perquisita accuratissime oportet examinare ad cognoscendas rationes eas, quae inter illos auctores intercedant; quae autem rationes inter paradoxographum Florentinum ceterosque rerum mirabilium scriptores intercedant, hoc libello explicare conabor.

In eo autem, qui sequitur, rerum mirabilium scriptorum conspectu non omnes eos, qui mirabilia tradiderunt, auctores permultos enumerare proposui sed cum auctores illustres alios tum eos, qui in rebus mirabilibus tradendis maioris fuerunt momenti. eos autem, quorum aetatem nescimus et qui neque in litteris universis neque in mirabilibus tradendis gravioris momenti fuerunt, omisi [2]).

Ex enumeratis quoque auctoribus omnes locos eos, quibus mirabilia narrata sint, me adiecisse non contendo. nam non solum omnia

---

1) de Herodoto, Ephoro, Theopompo cf. p. 3 sq. 2) cf. indicem V.

reperire difficillimum est, sed etiam iis, quos adieci locis satis demonstrari existimo ea, quae de auctoribus disserui, recta me dixisse.

Quae vana esse vel argumentis carere viderentur, nisi exempla illa adicerentur, qua de causa, quamquam spatium superest minimum, ea omittere nolui, cum non facile in illorum libris inveniantur.

2. Auctores, qui de mirabilibus aquis scripserunt, e temporum ordine enumerantur.

(cf. Capelle, BphW 34 1914, 361 sqq.)

Iliade ipsa de Stygia Arcadiae aqua [1]) et de Titaresio mirabili flumine in Peneum influente [2]) commemoratur, denique de Scamandri fontibus duobus nonnulla traduntur a posterioribus saepe relata et explicata [3]). eodem modo occasione magis quam certa mirabilia describendi ratione adducti **Pindarus** [4]), **Stesichorus** [5]), **Aeschylus** [6]), **Sophocles** [7]), **Euripides** [8]) de nonnullis mirabilibus memoraverunt, plura autem in libris auctorum Atticorum saeculo V a. Chr. n. florentium non leguntur, cum a talibus nugis maxime abhorruerint. Conspectus auctorum. X.—V. Sc. a. Chr. n.

Maioris autem momenti fuerunt, quae narraverunt rerum scriptores Ionici. sub **Hellanici** [9]) quidem nomine duo et **Hecataei** [10]) tria circumferuntur mirabilia aquarum, sed **Herodotus** [11])

1) O 36 sq. cf. Pausan. VIII *17*, 6. *18*.

2) B 751—755.

3) X 147—150 cf. Demetr. Sceps. ap. Strab. I 3, 17 C 58. cf. Strab. XIII 1, 43 C 607. Ath. II 14, 41 c. — P. W. Forchhammer, de Scamandro commentatio, ind. schol. acad. Kilon. 1840. et Erklärung der Ilias auf Grund der Karte der troischen Ebene. 1884 p. 15. 41 sqq.

4) Nem. 1, 1—3 de Arethusa, cf. Callim. ap. Antig. 140. Strab. VI 270 C.

5) fr. 3 (Anthol. lyr. ed. Bergk-Hiller-Crusius⁴ 1907) ap. Strab. III 148 C. de Tago aurum ferente, et de Himera fluvio ap. Vib. Seq. 149, 1–3. cf. B. Heisterbergk, Fragen der ältesten Geschichte Siziliens = Berliner Studien f. class. Philologie u. Archäologie IX 3 (1889) p. 27 sqq., p. 33, 1 ann.

6) Prom. 802—806 de Plutone per Arimaspas fluente, quem Wecklein (Aeschylos [sic!] Prometheus . . . für den Schulgebrauch erkl.³ 1893 p. 101, annot. ad. v. 805 sq.) falso putat ab alio auctore nullo commemorari, cum idem narrent Vib. Seq. 146, 24. Schol. Lucan. VII 755.

7) Phil. 392 de Pactolo.

8) Tro. 227 sq., repet. a Tzetz. in Lyc. 1021/3, de flumine Crathi: ὁ ξανθὰν χαίταν πυρσαίνων.

9) de Magnesia PF. 16, de Silla PV. 36.

10) de Inacho fr. 71/2 (FHG I) ap. Strab. 271/316; de cynara fr. 174 (FHG I) ap. Ath. II 70 b; de insula, Chembis vocata, fr. 284 ap. St. B. s. v. Χέμμις.

11) I 93. 179. 188. 202. II 10. (19—27 de Nilo). 29. III 23. 106. IV 44. 48.50.

rerum gestarum libris satis multas narratiunculas mirabiles inseruit, cum delectare non minus quam docere legentes vellet.

Denique apud **Ctesiam**[1]) non pauca invenimus et apud **Polycritum**[2]), quem eodem tempore quo illum apud Artaxerxem Mnemonem fuisse constat[3]). praecipue Ctesiae ex libris, quae servavit Photius inter mirabilia referenda sunt.

Sc. IV. A quibus auctoribus in alterum temporis spatium inducimur, quo mirabilibus describendis multo magis studebant et rerum gestarum et geographicarum et naturalium scriptores. quarto hoc a. Chr. n. saeculo etiam primus, quem novimus, περὶ ὑδάτων liber, conscriptus est.

Inter rerum gestarum scriptores multa mirabilia a **Theopompo**[4]) descripta traduntur, quae e libris eius excerpta et in novo libro coniuncta esse videntur[5]). quae autem leguntur mirabilia **Ephoro** ascripta[6]) ad aquas non pertinent. deinde cum ex **Heraclidis Pontici**[7]) tum e **Lyci Rhegini**[8]) libris nonnulla mirabilia servata

---

52/3. 81. 90/1. 181. 195. V 101. VI 71, 2. 76 (cf. Paus. VIII 22, 3). 119, 2/3. VII 30. 109. 176. VIII 55.

1) Assyr. fr. 12 (fragmenta ed. Müller ad calc. Herod. 1884. Par.) cf. PF. 17. Pers. fr. 49. fr. 54. Indica 1. 2 (cf. fr. 59 p. 87/8). 4. 6 (cf. fr. 63). 10. 12. 13 (cf. fr. 71). 14. 19 (cf. fr. 74). 27. 30 cf. fr. 81 = PF. 3 v. infra p. 62 fr. 82. 83. 87.

2) quem alii **Polyclitum** dicunt cum Larissaeo confundentes Mendaeum. (Fragmenta ed. C. Müller ad calc. Arr. 1846. Par.: SRA) fr. 4 de lacu Siciliae omnia respuente, cf. ad PF. 30 p. 104—106, fr. 5 de Lipari et Muabi s. Myami fluvio, ap. Call.-Antig. 135 et PP. 16/17 et Plin. n. h. XXXI 17. deinde de plantis mirabilibus in Gange fluvio nascentibus ap. PV. 10; fragmentum, quo de Euphrate agitur, Larissaeo ascribitur: fr. 1 SRA p. 130.

3) cf. Mhoff. I^2 437. sed cf. Christ-Schmid^5 II 104. 158/9, 3. 245.

4) Theopompo debentur narrationes: de Scotusa fr. 84 (FHG I), cf. PF. 9 p. 71 § 41; de Istro geminato, partim in Pontum Euxinum partim in mare Adriaticum infundente, fr. 140 ap. Strab. VII 317; de Lyncesti aqua fr. 229, cf. PF. 20 p. 89/90 § 87/91; de Lusiorum fonte fr. 287, cf. PF. 10 p. 71—73; de Cichropibus fr. 288, cf. PF. 15 p. 80—82; de Nymphaeo fr. 316, cf. PF. 11 p. 73/74 (apud Apolloniam sito ap. Plin. n. h. II 237); denique de fl. Ponto PP. 19.

5) cf. Susemihl I 478/9. 6) cf. Christ-Schmid^5 II 500, FHG I 257—264.

7) inde sumptum est, quod tradunt de Aorno Sauromatico, cf. PF. 22 p. 91/92.

8) e Lyci Sicelicis servata sunt haec: (FHG II) fr. 8 = Antig. 133 de mirabilibus fluminibus Siciliae; fr. 9 = Antig. 139 de mirabilibus fontibus Siciliae (cf. PF. 29 p. 100—103); fr. 10 = Plin. n. h. XXXI (non XX, ut dicit Müller FHG II p. 373), 17 de fonte aliquo Indico; fr. 11 = Antig. 154 de lacu apud Mylas Siciliae sito; fr. 12 = Antig. 159 = Plin. n. h. XXXI 27 de Leontinorum aquis, fortasse Palicis; denique Antig. 160/1 de aquis insulae Coi, quae num ex libris Lyci sumpta sint, certum non est.

sunt, Callimacho intercedente, Heraclidis autem παραδοξολογίαν **Timaeus** vituperavit[1]), quamquam ipse permulta mirabilia narravit sub eius nomine a posterioribus servata[2]). deinde **Eudoxum** Cnidium[3]), qui terris describendis studuit, Callimachus refert aquarum mirabilia memorasse et qui **Scylaci**[4]) falso ascribitur periplus et ipse ea continet. denique e **Nearchi**[5]) et **Onesicriti**[6]) operibus nonnulla de aquis conscripta servavit Strabo. praeter hos autem inter rerum Alexandri, qui tum fuerunt, scriptores, non habemus, ad quos aquarum mirabilia referamus.

Quos omnes constat narrationes mirabiles alias novas alias ex libris antiquioribus depromptas operibus suis inseruisse, sed ad illius aetatis auctores non multas de aquis mirabilibus narratiunculas referre licet. quas unde hauserint, quaeque sint fabularum origines plerumque erui non potest.

Sed magnam partem ex eius aetatis auctorum libris sumpta sunt, quae posteriores de aquis mirabilibus tradunt et ipsa ea aetate **Aristoteles** et **Theophrastus** libris de rerum natura conscribendis inseruerunt aquarum mirabilia et Theophrastus de aquarum natura scripsit.

Mirabilium quidem auscultationum liber **Aristoteli** falso ascriptus post hanc aetatem compositus est[7]), sed et ipse Aristoteles rerum naturalium descriptioni nonnulla inseruit[8]), alia quae descripsisse traditur, quamquam in libris servatis

1) Tim. fr. 98.

2) FHG I p. 196 sqq. fr. 15 de Althaeno; fr. 51/2 de Arethusa; fr. 63 de Crathi; fr. 64 de cicadis circa Alecem fluvium cantantibus; deinde ap. Antig. 152 de Averno, cf. PF. 28 p. 97 § 109, quae omnia ex Historiis sumpta esse videntur. denique Geffcken 103—171 multa his adiecit, sed num iure hoc fecerit, dubium est.

3) ap. Call.-Antig. 129, de asphalto et aqua dulci e mari erumpente; 138 de Ophiussa; 147 de fonte Chalcedonense; 148 de Athamanum fonte (cf. PF. 11 p. 73/4); 153 de lacu Zacynthio; 161 de aqua Coa; 162 de puteis Pythopolitanis; 163 de fonte quodam Cretico cf. PF. 4 p. 63; ap. Strab. XI 510 C de Hyrcaniae fluminibus praecipitibus ruentibus; ap. Plin. n. h. XXXI 13 (‚Eudicus‘) de Cerona et Neleo, cf. p. 59; ap. St. B. s. v. Ἀζανία de Clitorio fonte, cf. p. 75—79.

4) de Istro geminato 20. cf. Hansen, Beiträge zu alten Geographen 1, Progr. Sondershausen 1879. Berger 235.

5) Strab. XV 691—696 C.

6) Strab. XV 693/4. 707. 715. 726 C.

7) cf. Christ-Schmid[6] I 737.

8) Hist. an. III 12, 519 a de aquis vellerum colores mutantibus, unde hausit Antig. 178. cf. comment. ad PF. 2. p. 55 sqq. Dittmeyer autem haec spuria esse putat.

non leguntur[1]), tamen iure ei ascribi videntur[2]) et aquam maxime mirabilem omnium, de quibus veteres commemoraverunt Nili inundationem a plerisque auctoribus[3]) tractatam proprio libro descripsit, quem spurium non esse nuper I. Partsch demonstravit.

Theophrasti autem librum περὶ ὑδάτων ab Athenaeo magnam partem expilatum esse[4]) verisimile non videtur. nam cum Rusch 35 tum Oder 306, a. 102 demonstraverunt fundamenta quidem e Theophrasto sumpta videri, sed II 17 = 42 e — 43 b fin. inde deprompta esse non facile demonstrari potest, cum de aquis mirabilibus ab Athenaeo hoc loco enumeratis nemo alius Theophrasti nomine addito commemoraverit[5]). accedit quod praeterea non paucas habemus narrationes de aquis mirabilibus ab aliis sub Theophrasti nomine traditas[6]) et in iis Theophrasti operibus, quae ad hanc aetatem integra pervenerunt, nonnulla huius generis leguntur.

VIII 13, 598 b de piscibus e Ponto per Istrum in Adriaticum mare pervenientibus.
meteor. I 13, 350 a 24/5 de Tanai ex Araxe fluente (σχιζομένωι, cf. Müllenhoff I² p. 226 sqq.).
350 b 36—351 a 7 de fluviis sub terra fluentibus.
351 a 7—16 de aquis e Mari Caspio in Pontum Euxinum sub terra defluentibus.
351 a 16—18 de aliquo Liguriae flumine sub terra fluente.
II 3, 359 a 19—22 de lacu Asphaltite.
359 b 8—17 de ὀξάλμηι cf. PF. 29 p. 100 (Ath.)
17 de fontib. Exampaeo et Lyncestio cf. PF. 20 p. 89 § 87.
8, 366 a 23 sqq. 28 sqq. de Aedepsi aquis calidis.

1) ap. Callim.-Antig. 144 et PF. 19 = Aristot. fr. 531 Rose.

2) auscultationum quoque mirabilium libro multa contineri videntur re vera Aristotelis ex libris deprompta.

3) cf. Comment. p. 125/6 § 172.

4) quod existimant Wimmer, Theophrasti Eresii opera, Paris. 1866 p. 452/3. fr. 159 et Christ-Schmid⁵ II 1 p. 46.

5) cf. quae infra commemoravi a recentioribus nuper de Athenaei fontibus scripta p. 15 a. 1.

6) de Crathi et Sybari ap. Plin. n. h. XXXI 13/14. Ael. π. ζ. XII 36. Th. > Nymphod. > Schol. Theocrit. V 15. v. p. 56/57.
de Axio et Haliacmone vellerum colores mutantibus ap. Plin. XXXI n. h. 14. Sen. n. q. III 25, 4.
de Lusiorum fonte ap. Plin. n. h. XXXI 14.
de Lipari, Aethiopico fonte ap. Plin. n. h. XXXI 17.
de Marsyae fonte saxa egerente ap. Plin. n. h. XXXI 19.
de insulis Lydiae lacui innatantibus ap. Sen. n. q. III 25, 7 cf. p. 118 § 155.
de amnibus tempore aestivo crescentibus in Ponto ap. Sen. n. q. III 26, 1.
de nova vi fontium in Coryco monte post terrarum tremorem emergente ap. Sen. n. q. III 11, 2.

Tertio temporis spatio inde ab Alexandri Magni morte usque ad Posidonii aetatem nonnulli de fluviis et de mirabilibus libri conscripti sunt, quibus cum eiusdem aetatis libri alii compilati sint, eos priores enumerari oportet. IV. Sc. fin. — II. Sc. fin.

Pertinent autem hi imprimis ad historiam et terrarum descriptionem, sicut **Megasthenis** [1]) de India multa tradentis, **Istri** [2]), **Phylarchi** [3]), **Mnaseae** Patarensis [4]), **Demetrii** Scepsii [5]), et illustriorum **Hieronymi** Cardiani [6]), **Eratosthenis** Cyrenaei [7]), **Polybii** [8]), qui mirabiles narrationes alias ex antiquioribus libris depromptas, alias novas additas tradiderunt eodem modo atque **Agatharchides** Cnidius [9]) et **Apollonius Rhodius** [10]), qui Argonauticis multa geographica sicut fabulam de Istro geminato [11]) inseruit. **Lycophronis** quoque car-

de ingenti aquarum copia silvis caesis erumpente (circa Magnesiam) ap. Sen. n. q. III 11, 4.
de Cretae fontibus cessantibus ap. Sen. n. q. III 11, 5.
de Styge ap. Callim.-Antig. 158.

1) fr. 1. 2. 9. 18. 19. 26. 30. (FHG II 402—424) a Strabone Diodoro Arriano tradita.

2) Attic. l. XII. ap. Schol. Aristoph. Av. 1694 de Clepsydra (fr. 11. FHG I 419).

3) fr. 4. 16. 50. 67. (FHG I 335—354) maximam partem ab Athenaeo servata.

4) e cuius opere geographico huc pertinent, quae servavit Ath. VIII 2, 331 d (fr. 6. FHG III 150) de Aroanii fluminis piscibus cantantibus.

5) quem adhibuit Strabo in aquis mirabilibus describendis I 58 C, XIII 602 C.

6) e quo de lacu Asphaltite in Nabataeorum finibus sito, quae tradit PF. 33, sumpta esse auctor indicat, cf. p. 108/9 § 134 sqq.

7) quem adhibuit Strabo his locis: I 47—50 C, VIII 389 C, XVI 741—3. 764. 779 C.

8) II 16, 6. 9 de Pado aestate aucto. VII 4, 2 de Himera fluvio Siciliam dividente. IX 43, 3—6 de Euphratis incremento aestivo. XII 4 d de Arethusa. XVI 17, 5—6 de Alpheo. Alia e Polybii libris deperditis deprompta referunt Athenaeus VIII 4, 332 ab = Pol. XXXIV 10, 3/4 p. 1309 Hultsch, Strabo III 172/3 C de fontibus Gaditanis. V 214/5.

9) ap. Diod. III 39, 1 = Phot. bibl. cod. 250 de aquis amaris circa Arsinoen urbem profluentibus.

10) III 221—227 de fontibus mirabilibus apud Colchos profluentibus variis.
IV 131—134 de Lyco s. Tanai ex Araxe fluvio profluente. cf. Aristot. met. I 13 p. 350 a 24 sqq. cf. p. 5 a. 8.
288—293 de Acheloo ex Istro fluente.
695—601. 618—621 de Aorno ad Eridanum sito.
627—634 de Rhodano et Eridano s. Pado ex eodem flumine effluentibus.

11) IV 282—299. 323—333.

mine de Alexandra conscripto nonnulla aquarum mirabilia continentur [1]), e Timaeo aliisque deprompta [2]).

Rerum mirabilium autem librum primus **Callimachus** [3]) videtur conscripsisse, qui hymnis quoque et aliis libris inseruit mirabilia aquarum. **Antigonus** autem cum alios libros [4]) tum eius συναγωγὴν compilans historiam composuit mirabilem [5]) eadem fere aetate, qua **Philostephanus** [6]) librum de fluviis et fontibus scripsit. porro floruerunt eadem aetate **Myrsilus** Methymnaeus [7]), **Nymphodorus** Syracusanus [8]), **Polemo** Iliensis [9]), **Aristo** Ceus [10]), qui cum de aliis rebus tum de mirabilibus scripserunt.

Posidonii [11]) autem maximi illius polyhistoris exeunte hac aetate florentis opera ad res mirabiles conscribendas maximo momento

---

1) 574—576 de Inopo e Nilo fluente.
1050—1055 de Althaeno medicamina afferente.
1240 de Lynceo aquae calidae amne, cf. Schol.
1271—1277 de aqua Titonia s. Pitonia.
1352 de Pactolo aurum ferente.

2) Günther, a. 11.

3) quae e Callimachi περὶ τῶν ἐν τῆι οἰκουμένηι ποταμῶν et θαυμασίων καὶ παραδόξων τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγῆς maximam partem ab Antigono servata sunt, collegit Schneider, Callimachea II p. 325—350 (XXIX et XXX). cf. p. 288—290 fr. 100 b 2, fr. 182. 290. 384. 494. anon. 183.
de Paradoxographo Palatino Callimachum secuto cf. p. 21 a. 2.
Call. hymn. II 107—109 Euphrate, III 171. IV 206—208 de Inopo e Nilo fluente, IV 263 de Inopo aurum ferente, V 49—51 de Inacho aurum ferente.

4) unde fluxerunt aquarum mirabilia cap. 1. 3. 4. 78. 85. 117. 121. 123 relata.

5) ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή ed. Otto Keller, Rerum naturalium scriptores Graeci minores, vol. I. 1877 p. 1 sqq.

6) scripsit περὶ παραδόξων ποταμῶν et περὶ κρηνῶν, unde servata sunt pauci de lacu Siculo omnia eiciente versus.
fr. 17 (FHG III 31) ap. Tzetz. Hist. VII 670—675.
23 ap. Tzetz. ad. Lyc. 1276 de fl. Pitonio s. Titonio.
20 ap. Ath. VIII 331 d de Aroanii piscibus cantantibus.

7) scripsit ἱστορικὰ παράδοξα, e quibus huc pertinet, quod servavit Antig. 117 de aqua putida ad montem Taphium fluente.

8) scripsit circumnavigationem et περὶ τῶν ἐν Σικελίαι θαυμαζομένων, unde habemus narrationem de Aroanii piscibus (ap. Ath. VIII 2, 331 d) et narrationem de Crathide e Theophrasto depromptam (ap. Schol. Theocr. V 15).

9) scripsit περὶ τῶν ἐν Σικελίαι θαυμαζομένων ποταμῶν, unde servavit Macr. sat. V 19, 26—29, quae copiose disseruit de Palicis.

10) cui debetur narratio de fonte noxio in insula Ceo profluente, servata a PF. 25 > PV. 34.

11) cf. Christ-Schmid II[5] 1 p. 268 sqq.

fuisse videntur. aquarum quidem mirabilia sub eius nomine non multa circumferuntur[1]), sed cum Strabonem[2]) et Plinium (intercedente Varrone) permulta Posidoniana servasse sciamus[3]), eorum quae Strabo I 58—60 C, VI 270—275 C, Plinius nat. hist. II 224—232, XXXI, 1 sqq., Seneca nat. quaest. III de aquaram natura mirabilia inserentes disseruerunt, magnam partem e Posidonio sumpta esse, a verisimili abhorrere non videtur, quamquam quis Plinio, Senecae, Straboni Posidoniana obtulerit, adhuc incertum videtur[4]).

Quae si quis accurate diligenterque perquisierit eum puto perspecturum esse multas quidem narrationes mirabiles a Posidonio ex prioribus libris collectas et posterioribus auctoribus traditas esse, sed cum permulta mirabilia a posterioribus tradita sint Posidonio non intercedente e prioribus deprompta, mirabilium copiam non eam ab illo collectam esse, ut alii rerum mirabilium libri possent videri neglegendi.

Velut nonnulla, quae Plinius tradit, ad Posidonium referre non licet, immo et eadem aetate, qua floruit Posidonius et temporibus posterioribus diversis libris mirabilia in dies aucta conscripta sunt modo verbotenus ex antiquiorum libris deprompta modo sermone et rebus permutatis.

Sed qui novorum mirabilium auctores copiam narrationum augeant, ex his temporibus in dies pauciores reperiuntur, contra qui colligant vel collecta tradant, permulti temporis spatio eo fuerunt, quod inter Posidonii Rhodii et Traiani imperatoris interiectum est. Sc. I a. et I p. Chr. n.

Quo temporis spatio multorum operum magnorum auctores clarissimi fuerunt alii polyhistores, alii rerum gestarum scriptores, alii rerum naturalium et geographicarum.

Inter polyhistores **Alexander**[5]) quidem mirabilibus tradendis non videtur studuisse, sed Posidonius, de quo modo com-

1) praeter Straboniana: apud Ath. VI 233 d, Priscianum Lydum, sol. ad Chosr. VI 72, 8 B.

2) Strab. I 58 C = fr. 76. III 147 C = fr. 48. III 172—175 C = fr. 95. IV 182/3 C = fr. 28. V 215 C = fr. 55. VII 316 C = fr. 64. XIII 614/5 C = fr. 52. XVI 743 C = fr. 62. XVI 764 C = fr. 63. XVII 790 C = fr. 74. (FHG III 262 sqq.). cf. praeterea indicem editionis Krameri III p. 655 s. v. Ποσειδ.

3) cf. Plinii n. h. I indices auctorum. Rusch p. 48, quamquam non omnia eius argumenta probanda esse puto.

4) cf. Franz Schühlein, Studien zu Posidonius Rhodius, Progr. Freising 1886. eiusd., Untersuchungen über des Posidonius Schrift περὶ ὠκεανοῦ II Progr. Freising 1901. G. D. Ohling, Quaestiones Posidianae ex Strabone conlectae, Diss. Gotting. 1908.

5) cf. Wellmann, Hermes XXVI, 1891, 481—566.

memoravimus et M. Terentius **Varro**[1]), quem permulta e Posidonii libris deprompsisse constat, a Plinio et Vitruvio saepissime adhibitus[2]). de Plinio, quod exeunte hac aetate floruit, infra dicendum[3]).

Inter rerum gestarum autem scriptorum operibus ad mirabilia tradenda momento non parvo fuerunt cum **Timagenis** Historiae Philippicae maximam partem a **Pompeio Trogo**[4]) in Latinum translatae, tum **Diodori**[5]) Bibliotheca, qua mirabilia nonnulla sicut Nili inundatio[6]), lacus Palicorum[7]), lacus Asphaltites[8]), fons Ruber in Aethiopia profluens[9]) diligentissime descripta sunt, **Dionysii Halicarnassensis**[10]) antiquitates Romanae, quibus, ut exemplo utar, accurata insulae lacui Cutiliensi innatantis descriptio[11]) inserta est, **T. Livii**[12]) ab urbe condita libri mirabilia cum rerum gestarum descriptionibus conexa e Graecis auctoribus depromptis continentes, **Nicolai Damasceni**[13]) historiae, e quibus nonnulla a Paradoxographo Vaticano anonymo servata esse videntur[14]).

Accedunt his **Strabonis**[15]) Geographica mirabilium narrationibus

---

1) mirabilia aquarum leguntur apud Varronem: de ling. lat. V 25. 71. 156. de re rust. I 7, 6. III 7, 4. (cf. Gentili, de Varronis in libris de re rustica auctoribus = Stud. ital. XI 116. 159 sqq.).

ap. Plin. n. h. III 109. VIII 104. XXXI 11. 15. 21 et multo saepius Varronis nomine non addito, cum in indice auctorum eum enumerasset. cf. Plin. I.

ap. alios auctores cf. p. 11 a. 6.

2) cf. Oder 362/3.

3) v. p. 11 a. 3.

4) aquarum mirabilia e Trogo affert **Justinus** haec: XII 14, 6—9 de Styge XXXVI 3, 6/7 de mari mortuo, XLII 3, 9 de Tigri sub terras mergente, XLIV 1, 7 de Hispaniae amnibus aurum vehentibus.

5) II 17, 5. 37, 7. III 39, 1. IV 22, 1. 23, 1. 56, 7/8. V 3, 5/6. 10, 1. 27. XIII 79, 8. XV 43, 4. 49, 5. XVII 50, 4/5. 75, 2. XIX (98/9). 109.

6) I 32. 7) IX 89.

8) II 48, 6—9. XIX 98—100. 9) II 14, 4.

10) qui V 37, 4 commemoravit de Aniene praecipite ruente.

11) I 15 sqq.

12) XXII 1, 10. 13, 10. XXIV 6. XXX 24, 9. XXXIV 44, 6. 45, 7. XXXVI 15, 12. XLI 16, 3. epit. 61.

13) fr. 80 = Ath. VIII 6 (FHG III 416, 15) de aquis post terrae motum circa Apameam erumpentibus (ex libro CIV). cf. Rohde p. 32 sqq.

14) cf. autem p. 162.

15) narrantur mirabilia aquarum his locis: I *46—52, 57—60* C cf. Schühlein, Unters. 52 sqq., v. p. 9 a. 4, II 97—99. III 144—148. 153. 159. 174/5. IV *180—187*. 190. 193. 205—208. V 212—215. 217. 220. 222. 225. 227/8. 234. 238—240. *243—248*. 251. VI 260. 263. 266. *270/1. 275* (Ph. U. 13, 38. 62/3). 281. 284. 286. VII 312. 316/7. 324. VIII 343. *346/7*. 356. 370/1. 379. *389*. IX 397. 400. 406—409. 411. 425—428. 441. X 447. 449. 458/459. 473. 488. XI 499. 501. 510. 512—513. 518. 523. 527. *529*. 531. XII *536*. 538/9. 556. 562/3. 568. *577—580*. 586. XIII *587*. 595. 597. 602/3. 606. 614—616. *625/6*. 626/30. XIV 641. 645. 656. 667.

magnam partem e Posidonio sumptis referta, **Alexandri Myndii** opera ab Aeliano compilata, **Iubae**[1]) Mauretaniae regis, unde Plinius nonnulla servavit, **Senecae**[2]) naturalium quaestionum libri, inter quos ad aquas mirabiles pertinent libri III et IVa, quo Nili inundationem tractavit.

Post eos omnes **Plinius Secundus** conscripsit historiarum naturalium libros XXXVII, quibus cum aliis tum fine libri II, quo de rebus physicis egit, et libro XXXI, quo de medicinis ex aquatilibus egit, magnum aquarum mirabilium numerum collegit[3]). quae magnam partem auctoribus, qui paulo ante fuerant, sicut Iubae, Varroni, Pompeio Trogo, Alexandro Myndio debita[4]) maximo studio a posterioribus auctoribus compilata sunt[5]), qui, quae de aquarum mirabilibus non e Plinii naturalibus historiis deprompta tradunt, partim Varroni[6]) partim **Dionysii**[7]) periegesi debere videntur, quam et ipsam hoc temporis spatio conscriptam esse constat.

671/3. XV *690—696*. 703. 707. 711. 718. 726. 735. XVI 738. *740—743*. 746/7. 750. 754. 763/4. 768—770. 774. 777. 779. XVII 803/4. 814. 835.

de Nilo 786—789. 810/1. 817—819. 823.

cf. Hermann Fischer, Ueber einige Gegenstände der physik. Geographie bei Strabo I. II. Progr. Wernigerode 1879. 1893. 4⁰.

Albert Serbin, Bemerkungen Strabos über den Vulcanismus. Diss. Erlang. 1893.

1) fr. 29 apud Plin. n. h. V 51/2. e libro, cui inscriptum erat Λιβυκά; deinde e libro de Arabia fr. 39 ap. Plin. n. h. VI 98. fr. 46 ap. Plin. n. h. XXXII 10. fr. 48 ap. Plin. n. h. XXXI 18.

2) libro III permulta exempla enumeravit, quae non oportet enumerare. quas sententias auctorum antiquiorum de Nilo rettulit, in linguam Graecam transtulit Ioannes Laurentius Lydus, de mens. IV 68 (107). cf. H. Diels, Seneca und Lucan, Abh. d. K. Preuß. Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1885, 5. et 9. Nov.

3) II 147. 193. 201. 203. 207—210. 219. 222. **224—232**. 234—237. III 6. 32/3. 55. 59—60. 89/90. 109. 117. 122. 127/8. *131*. 151. (cf. Detlefsen. QF I p. 51 sqq.) IV 2. 4/5. 21. 31. 64. 79. 101. 115. (cf. QF XI, 11. 45. 49. 126. 215) V 4. 9. 10. 13. 36. *51—58* (de Nilo). *71/2*—75. 106. 110. 113. 115. 128. 140. (cf. QF XI 24. 44 sqq. 79/80. 157. 160) VI 30. 43. 65. 98. 127/8. *135/6*. 140. 159. 181. (cf. QF XI 32. 194/5). — VII 33. 65. VIII 36. 104. 191. 227. 229. IX 4. 44—46. 53. 69/70. 75. *175—179*. X 94. XI 95. 120. 179. 267. XII 1. XIV 137. XVIII 114. 162. — XXIV 41. XXV 20. 94. — XXX 149. **XXXI passim.** XXXII 10. 16. 17. 56. XXXIII *66*. 94. 156/7. 158. XXXV 167. 178/9. XXXVI 141/2. 190/1. XXXVII 25. 39. 44. 114. 139. 156. 162. 200.

4) cf. Münzer, praecipue 114 sqq.

5) cf. Solinus, ed. Mommsen², praef. p. 15 sqq. Teuffel, Gesch. d. röm. Lit.⁶ II 293 § 313, 7.

6) ap. Sol. 7, 12. 27. 28. ap. Macrob., sat. I 7, 28—30. ap. M. Cap. IX 928. ap. Schol. Dan. in Verg. Aen. IX 584.

7) qui affert mirabilia aquarum his locis: 298—301. 409—413. 830—832.

Alios libros geographicos aquarum mirabilia continentes hoc tempore conscripserunt **Artemidorus** [1]), quem Strabo saepissime adhibuit et **Pomponius Mela** [2]), qui primus inter auctores Romanos orbi describendo studens saepe ex iisdem fontibus ac Plinius hausisse videtur, quamquam non raro easdem res varia ratione descripserunt [3]). quibus adumerandus est περίπλους [4]) qui **Scymni** esse falso credebatur. **Apionem** [5]) quoque nonnulla aquarum mirabilia descripsisse tradunt et rerum gestarum scriptorem **Metrodorum** Scepsium [6]), quibus addo **Iosephi** [7]) opera, qui cum alia mirabilia tum diligentissime m a r e m o r t u u m descripsit. praeter hos inter huius aetatis auctores Graecos **Dioscurides** [8]) medicus nonnulla aquarum mirabilia libris de materia medica conscriptis inseruit.

E Romanorum auctorum numero praeter **Ciceronem** [9]) **Vergilium** [10]), **Horatium** [11]), **Martialem** [12]) raro mirabilia tangentes, **Plinium**

987—991. 1073—1078. cf. Alfred G ö t h e, de fontibus Dion. Perieg. Diss. Gotting. 1875. De Prisciani et Avieni paraphrasibus v. infra p. 16, 5. 17, 14.

1) ap. Strab. III 172/3. IV 183. XVI 769. 779 C. cf. Rudolf D a e b r i t z, de Artemidoro Strabonis auctore. Diss. Lps. 1905. l. X ap. Ath. VIII 8, 333 f. 334 a.

2) leguntur aquarum mirabilia his locis: I 39. 49—53. 55. 73—75. 79. 99. 112. 115. II 6—8. 43. 47. 61—63. 78/9. 81/2. 104. 117/9. III 5. 8. 10. 24. 39/40. 51. 68/9. 77/8. 88. 97/8. 102.

3) Klotz, QF XI 48. Teuffel⁶ II 247.

4) 161—166. 395—397. 773—776. 865—874.

5) Et. M. 329, 13 et Eust. ad Hom. δ 563 p. 1509, 25 = fr. 8, ap. Ael. π. ζ. XI 40 = fr. 11. (FHG III 511/2 de N i l o) = ap. Plin. n. h. XXXI 22, cf. PF. 30 p. 104—106 § 125—129.

6) ap. Plin. n. h. III 122. VIII 36, ap. St. B. s. v. Ὕπανις (FHG III 204/5 fr. 3. 6. 8).

7) B. J. I 657. III 506 sqq. 519. IV 11. *456. 471—481*, unde fluxit Schol. Lycophr. Alx. *704*. Ant. Jud. I *174* (Epit. I 173/4). XVII 171. XVIII 36. 248/9. c. Ap. *172—174*. quibus egit de *Mari Mortuo* ea *notavi*.

8) I 73 (ed. Wellmann) de a s p h a l t o e t n a p h t h a.
V 146 (ed. Sprengel, med. Graeci XXV 1829) de P o n t o fl.

9) Cic. in Pisonem 53 de M a e a n d r o, in Verrem IV 118 de A r e t h u s a, de nat. deor. II 130 de E u p h r a t e I n d o N i l o agros inundando fertiles reddentibus. A d m i r a n d a ap. Plin. n. h. XXXI 12 *R e a t i n i s tantum paludibus ungulas iumentorum indurari.*

10) Aen. III 629 sqq. de A r e t h u s a — Schol. Lucan. III 177.
VI 201/2. 239—242 de A v e r n o — Non. Marc. p. 14 M.
VII 517 *sulphurea N a r albus aqua.*
IX 581 de P a l i c i s — Macr. sat. V 19, 15. Comm. Stat. Theb. XII 156.
X 142 de P a c t o l o — Isidor. orig. XIII 22, 21.
Eclog. X 4/5 de A r e t h u s a — Catal. 11, 52 *aurea flumina T a g i.*

11) carm. I 7, 3 *praeceps A n i o*, 22, 7/8 *fabulosus ... H y d a s p e s*, III 4, 21—28 de B a i i s; epist. I 15, 2—9 de aquis B a i a n i s et C l u s i a n i s; epod. 15, 19. 20 de P a c t o l o.

12) de a q u i s A l b u l i s I 12, 1/2. IV 4, 1. 2. 12, B a i a n i s I 62, 4. III 2, 19/20.

Secundum minorem pauca [1]) diligenter describentem, **Lucanum** [2]) multa memorantem imprimis laudandi sunt **Lucretius** Carus, **Vitruvius** Pollio, **Ovidius** Naso, qui in aquarum mirabilibus tradendis fere eodem momento fuerunt quo Plinii nat. hist. libri II et XXXI et **mirabilium auscultationum** liber [3]) Aristoteli falso adscriptus, quem exeunte hac aetate compositum esse non solum auctorum adhibitorum, inter quos fuit Posidonius [4]) aetate sed etiam rebus enarratis [5]) et sermone indicari videtur [6]).

Cuius auctor quibus e fontibus hauserit quaque ratione ductus librum composuerit, multis certantibus [7]) adhuc incertum est. quamquam enim de multis commemoravit, de quibus Antigonus quoque scripsit, tamen et verbis et descriptione plerumque valde discrepant ab Antigono auscultationes mirabiles [8]). quem librum alii mirabilium auctores aetatis inferioris adhibuisse videntur [9]) ordine omnino carentem, quamquam nonnulla capita inter se cohaerere artius constat [10]).

Romani autem auctores alios auctores Graecos secuti rerum ordinem accuratiorem servaverunt, aquarum mirabilia sola in unum coegerunt Lucretius Vitruviusque, Ovidius alia addidit. **Lucretium**

IV 30, 1. 13. 57, 6. VI 43, 1—3. IX 58, 4. XI 80, Sinuessanis XI 7, 11/12. 82, 1, Terracinis V 1, 5/6. X 51, 7/8, Mattiacis XIV 27, calidis multis VI 42.

1) ep. IV 30 fontem in Larium lacum decurrentem, VIII 20 Clitumnum fontem.

2) II 667/8. III 175/7. 203. 208—210. 253—256. IV 369/70. 372/3. 375/80. VII 193/4. 755. VIII 147. X 194 sqq. de Nilo, cf. Diels, Seneca und Lucan v. p. 11 a. 2.

3) aquarum mirabilia leguntur his locis: MA. 29—36. 41. 43. 45. 46. 48. 53. 54. 56. 57. 59. — 70. 73. 74. — 81. — 89. 92. 95. 97. 102. 105. 112. 113/4 (Ph. U. XIII 120). 115. 117. 121. 125. 135. 138. — 149. 150. — 152. — 158. 159. 160. — 166—172.

4) c. 87. 91. cf. Christ-Schmid⁶ I 737.

5) c. 51. 78. 110, cf. Christ-Schmid⁶ I 737,5. c. 105, cf. Capelle recensens Landii quaestiones II, BphW 34, 1914, 365.

6) nam Atticistarum praecepta eum modo secutum esse modo neglexisse docuerunt me cum studiorum sodalis Reiniger tum illustrissimus praeceptor W. Schmid.

7) vid. Geffcken, Ph. U. XIII p. 83 sqq. priores enumerantem.

8) cf. exempli causa commentarii capita 35. 79. 129.

9) St. B. 'Ηλεκτρ. = MA. 81, Παλική fin. = MA. 57. Σιντία fin. = MA. 115, cf. quae disputavit Carolus Praechter, Byz. Zschr. 13, 1904, 1—12 de mirabilibus auscultationibus a Paulo Silentiario adhibitis. sed cf. p. 152.

10) cf. praeter libros supra memoratos (annot. 7) praefationem Westermanni: Παραδοξόγράφοι p. I sqq.

libro sexto Posidoniana adhibuisse edocuit Paulus Rusch[1]), **Vitruvius** quibus auctoribus intercedentibus usus sit Theophrasto aliisque Graecis[2]) qui disseruerint, enarrat Eugenius Oder[3]), **Ovidii**[4]) auctor quis sit, praeter Paulum Rusch[5]) certa non afferentem nuper copiose disseruit Carolus Landi[6]).

Quantum autem debeant hi **Isigono**[7]) rerum mirabilium scriptori Graeco eadem aetate florenti, hoc libello eruere proposui, quantum aquarum tantum mirabilia perscrutatus possum[8]). quibus autem annis incredibilium libros composuerit, sub finem libelli exponam[9]).

Sc. II p. Chr. n. Alterius vero p. Chr. n. saeculi, quam quintam mirabilium conscribendorum aetatem dicam, auctores paucissimi multa mirabilia in unum coëgerunt. **Athenaeus**[10]) quidem ille polyhistor

---

1) De Posidonio Lucreti Cari auctore in carmine de rerum natura VI. Diss. Gryphiswald. 1882.

memorat autem Lucretius VI 705—730 de Nilo, 735—741. 811—832 de Averno, 740/1 de aquis Cumanis s. Baianis, 841—871 de fonte in Ammonio profluente, 872—884 de fonte quodam Dodonaeo. cf. Capelle de Landii quaestionibus, BphW 34 (1914) 363, 8.

2) Vitruvius ‚*magna diligentia industriaque quaerendos esse et eligendos fontes ad humanae vitae salubritatem*' (VIII 3 fin.) ratus, cum dissereret de domibus prope ab aquis salubribus aedificandis, quales sint venae aquarum (VIII 3) copiose exponit aquis in genera digestis. quibus enumeratis dicit: VIII 3, 27: ‚*ex his autem rebus sunt nonnulla, quae ego per me perspexi, cetera in libris Graecis scripta inveni, quorum scriptorum hi sunt auctores: Theophrastus Timaeus Posidonius Hegesias Herodotus Aristides Metrodorus, qui magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates, aquarum virtutes, ab inclinatione caelique regionum qualitates ita esse distributas scriptis dedicaverunt. quorum secutus ingressus in hoc libro perscripsi, quae satis esse putavi de aquae varietatibus . . .*'

3) p. 337 sqq., impr. a. 152. Teuffel[6] II 154. Praechter, Byz. Zschr. 13, 1904, 1 sqq. Landi quaestt. 66 sqq. Capelle 364, 11 sqq.

4) Ovidius collegit mirabilia aquarum metam. XV 270—286, 308—334. Porro de aliis commemoravit his locis: amores III 6, 1 de Aniene, 29/30 de Arethusa; ex Ponto II 10, 25—28 de Palicis; fast. IV 363—366 de Gallo fl. VI 227—230 de Tiberi fl.; metam. II 246—256. V 405/6. 639/40. VIII 162—166. IX 451. XI 87/8. cf. Lafaye, les métamorphoses d'Ovide 207 sqq. 252/3.

5) p. 24/5. a. 20. cf. Die Metamorphosen des P. Ovidius Naso. erkl. v. Korn-Ehwald[3] 1898, 347 sqq.

6) Quaestiones doxographicae et paradoxographicae ad Lucretium et Ovidium praecipue spectantes II. Atti e Memorie della R. Accademia di scienze lettere ed arti in Padova vol. XXVII 61—87 (1911). rec. W. Capelle: BphW 34 (1914), 361 sqq.

7) cf. Susemihl I 480/1, Christ-Schmid[5] II 1, 322.

8) cf. p. 162. 9) cf. p. 163.

10) II 41 a—46 c magnam partem e Theophrasto deprompta v. p. 6. pauca aliis locis memorat his: III 3, 37 bc, VI 23, 233 d, VII 88, 311 f, VIII 2—11, 331 d —334 f.

altero dipnosophistarum libro satis magnum mirabilium numerum enarravit, quae unde deprompserit, nondum plane apparet [1]. et inter medicinae scriptores **Rufus** [2]) tantum plura collegit magnam partem ab Oribasio servata, sed **Galenus** [3]) non de multis videtur commemorasse. **Diogeniani** [4]) autem librorum περὶ ποταμῶν λιμνῶν κρηνῶν ὀρῶν ἀκρωρειῶν et περὶ ποταμῶν κατὰ στοιχεῖον ἐπιτόμου ἀναγραφῆς nihil superest ad mirabilia aquarum pertinens.

Pausanias [5]) autem periegesi permulta modo huc modo illuc inseruit partim nova et inaudita ab alio auctore nullo descripta partim a multis aliis tradita, inter quae referenda videntur, quae de aquarum coloribus variis tradidit [6]).

Deinde pauca leguntur apud **Plutarchum** [7]), **Lucianum** [8]), **Aelium Aristidem** [9]), **Philostratum** [10]), **Aelianum** [11]) et ne rerum gestarum quidem scriptores **Tacitus** [12]) et **Arrianus** [13]) a mirabilibus describendis abhorruerunt, qua de causa non mireris **Curtium** Rufum [14])

1) cf. p. 157/8 et Wellmann, Herm. 35 (1900), 356. 358 sqq.

2) ap. Orib. coll. med. V 3, quae unde hausta sint, satis dubium. cf. Wellmann (v. a. 1.).

3) sicut de simpl. XI 2, 9. 10. nam quae sub Galeni nomine circumferuntur fragmenta 'de bonitate aquarum' e nonnullis medicorum operibus collecta, spuria sunt latine versa ab Augustino Gadaldino, medico, v. Biogr. gén. 19, 126; aquarum autem mirabilia continent ex Oribasio (scil. Rufo) deprompta: Gal. op. lat.[2]: Galeno ascripti libri spurii, Venet. ap. Juntas MDL [ed. altera] fol. 75/6; lat.[4] III Venet. 1565 fol. (aucta in hac editione). id. Galeno ascripti libri, spurii libri . . . Froben. Basileae (IV), (1562), fol. 75ᵛ, A, B, 76 (sunt haec copiosiora). 4) cf. PW. V 778 sqq. (Cohn).

5) Paus. I 26, 5. 33, 6. 38, 1. II 2, 3. 5, 1. *3.* 7, 4. *9.* 15, 5. 20, 6. 24, 6. 25, 3. 34, 1. 35, 3. III *21, 2. 8. 23, 9. 24, 7. 9. 25, 8.* IV 20, 1. *30, 2. 31, 4. 34, 2/3. 35, 8—12.* V 5, *8—11.* 7, *1—3.* 12, 7. VI 6, 4. 19, 3. 22, 7. 26, 2. VII 2, 11. 3, 5. 5, *10—12. 21, 4. 12/13. 22, 1. 23, 3. 24, 8—10. 13.* VIII 5, 11. 7, *1—3.* 10, *4. 17, 6. 18, 1—2. 4—6. 19, 2—3. 20, 1. 21, 2. 22, 3. 24, 11.* 28, *2—3.* 38, 3. 41, 3. 10. 44, *3/4.* 54, *2/3.* IX 2, 1. 8, 2. 30, 8. 34, 4. X 8, 10. 11, 4. 24, 7. 33, 5. 38, 1/2. cf. A. Kalkmann, Pausanias der Perieget. 1886, p. 17. 23—44. 275. W. Gurlitt, Über Pausanias. 1890, p. 168—171. K. Robert, Pausanias als Schriftsteller. 1909, 12—14.

6) IV 35, 8—12.

7) mor. 348 l. 487 f. 667 c. 954 d; vit. Alex. 35. 57. 77. Sullae 26, 5. 27.

8) dial. mar. 3, de Arethusa.

9) or. *36* Keil, quo de Nilo disserit. *39,* 7/8. 18. *48,* 50. 53. 68/69. *50,* 2. 4. *53.*

10) V. Ap. I 6. 20, 25. 23. III 14. 45. Imag. 1, 25. 2, 6. Her. I 4.

11) π. ζ. V 3. 9. VIII 5. *21.* IX 20. 29. X 38. 40. XII *29. 30.* 36. 41. XV *25.* XVI 42. v. h. XII 40. XIII 16. cf. Geffcken, PhU. XIII 87, 2.

12) ann. II 54. XII 66. hist. I 67. V 6.

13) anab. II 4, 7. III 4, 2. V 5, 5. VII 7, 5. 21, 2—4. 27, 1. 2. Ind. 6, 3. 5. 6. 7. (Peripl. Pont. Eux. 10). Βιθυν. fr. 43 (FHG III 595).

14) III 1, 2—5. 4, 8. 9. IV 7, 22. 9, 16. V 1, 29. 2, 9. VII 10, 13. VIII 9, 9. 18. X 10, 13/14 16/17.

Alexandri res gestas describentem mirabilia una enarrasse.

Tamen huius aetatis auctores mirabilibus describendis multo minore studio se dedisse quam priorum aetatum et **Silii** Italici [1]) narratiunculis brevissimis et **Cassii Dionis** [2]) paucissimis demonstratur.

His pauca sunt addenda de posterioribus auctoribus et Latinis et Graecis.

Auctores Latine scribentes ex saec. III p.

Inter auctores Latine scribentes aetatis inferioris artius inter se cohaerere videntur hi:

I. Memorabilium scriptores.

Edocuit Theodorus Mommsen [3]) **Solinum** [4]) **Priscianum** [5]), qui Dionysii periegesim Latine vertit, **Ammianum** Marcellinum [6]) rerum gestarum scriptorem, **Martianum Capellam** [7]), **Isidorum** [8]) originum auctorem, **Dicuilum** [9]) partim e fontibus communibus partim alio ex alius scriptis haurientibus artissime inter se cohaerere. quibus addendus est **Anonymus Leidensis** [10]). mirabilia quoque aquarum tradentes eos plerumque idem narrasse commentario demonstrabitur.

---

1) I 155. 157 sqq. 234—236. 451—453. III 666—672. IV 82. 343. VII 139. 140. VIII 49. 399 sqq. 451. 527. 535. XI 432. XII 120—129. 218. 529. XIV 53/54. 117/118. 218—220. 232—237. 514/515. XV 499—501. XVI 560.

2) XLI 45, 2/3. XLVIII 50, 1. 51, 1—5. LXVI 17, 1. 26, 1. cf. PhU. XIII 80.

3) C. Iulii Solini collectanea rerum memorabilium it. rec. Th. Mommsen. Berol. 1895. praefat. p. V sqq. Index p. 238 sqq.

4) aquarum mirabilia apud eum leguntur his locis 1, 51. 56. 2, 3. 6. 25. 32. 40. 53. 54. 4, 4. 6. 7. 5, 2—4. 16. 17. 20—22. 24. 25. 7, 2—4. 12. 27/28. 11, 15. 13, 1. 14, 1. 2. 15, 1. 22, 10. 23, 6. 24, 14. 27, 45/46. 29, 1—4. 30, 1. 11. 22. 32, 1—16. 22 sqq. 33, 1—4. 35, 1—4. 37, 2—6. 38, 4/5. 40, 8. 10. 15. 42, 2. 47, 1. 52, 6. 41.

5) mirabilia aquarum cantat his versibus: 202—205. 340—345. 406—410. 422—441. 445—452. 466—469. 489—491. 499—504. — 791—793. — 905—915. 974—977.

6) qui mirabilia aquarum inseruit his locis: XV 4, 2. 6. 11, 16. XVII 7, 13. XVIII 6, 16. XXII 8, 28. 12, 8. 15, 17. XXIII 6, 15. 19. 25. 45/46. 72. XXVII 6, 12. XXVIII 4, 19. XXIX 4, 3.

7) VI compluribus locis. VII 628. 640. IX 928 mirabilia perscripsit.

8) originibus continentur aquarum mirabilia cum l. XII 2, 7. 6, 41. XIV 3, 43. 5, 13. 6, 34. 40. XVI 2, 1. 3. 7, 16. 11, 1. tum l. **XIII 13. 19**, 3—5. 8. **21**, 7. 8. 10. 15. 20—23. 26. 33. ex quibus multa compilavit **Hrabanus Maurus**, qui libros de universo conscribens XXII origines paululum depravavit modo breviora enarrans modo alia addens. continentur autem mirabilia aquarum praecipue XI 1, 309 A—310 B (Migne).

9) *6*, 23—27. 30.

10) ed. Manitius 1884. cf. Handb. IX 1, 675 sqq. leguntur in hoc opusculo mirabilia aquarum p. 20, 15—21. 23, 23—25. 24, 1—3. 4—6. 24—25, 2. 25, 3—5. 14—17. 18—21. 28, 11—15. 19—26. — 37, 25—38, 3. — 47, 6—8. 50, 23—51, 8. — 64, 23—67, 18. 67, 19—23. 68, 6—8. 69, 12—16. 18—20. 22—24. 71, 16—18.

II. Rerum geographicarum breviaria.

Honorii[1]), **Orosii**[2]) opuscula, **expositio**[3]) totius mundi, **Aethici**[4]) personati cosmographia et artius inter se cohaerent et parte aliqua cum memorabilium scriptoribus, mirabilia autem aquarum pauciora tradunt.

III. Qua de causa qui posteriores his rebus se dederunt, mirabilibus denuo magis studentes sequuntur Plinium Solinum Isidorum alios: **Ioannes Boccatius**[5]), **Andreas Bacius**[6]), **Gabriel Fallopius**[7]), **Bernardus Caesius**[8]).

IV. Ovidii metamorphoseon **narrationes** fabulosae[9]) ab inferioris aetatis auctore anonymo collectae sunt, qui non solum Ovidii libris, sed etiam commentario aliquo usus esse videtur, quem **Vibium Sequestrem**[10]) quoque puto adhibuisse, quem in mirabilibus tradendis eodem ac narrationum fabulosarum scriptorem auctore usum esse commentario demonstrabo.

V. Inter Poetas **Statius**[11]) de paucis commemoravit aquarum mirabilibus, **Rutilius Namatianus**[12]) diligentissime nonnulla descripsit, quas narrationes unde hauserit maxime est dubium, **Claudius Claudianus**[13]) carmine proprio cantavit Aponum, **Avienus**[14]) pauca attigit.

1) cf. A 27. 34. 45—47. B 10, 11. 24. 37. 45—47.

2) cf. 29—33.

3) 3. 4. 34: mirabilia continent.

4) narrantur aquarum mirabilia his locis: I 7. 8. 10. 11. 24. 37. 45/46. II 12/13. 17.

5) de montibus, sylvis, fontibus, lacubus, fluminibus, stagnis, seu paludibus, de nominibus maris liber ad calc. Genealog. 1511 et 1532 fol.

6) de thermis libri VII, Venet. 1571 fol.

7) tractatus de thermalibus aquis: opera, p. 215—302. Francofurdi 1584.

8) Mineralogia. Lugduni 1636.

(6–8: passim mirabilia inserunt.)

9) Lactantio falso ascriptae 15, 5—10. 15—23 (secundum editionem Munckeri: Mythographi latini. Amstelod. 1681).

10) p. 145, 16/17. 19/20. 22. 146, 11—13. 24. 28/29. 147, 5/6. 7/8. 29/30. 31. 148, 2. 19. 149, 1—3. 16. 28/29. 150, 18—20. 21/22. 23. 151, 1. 10/11. 16. 152, 1—3. 17/18. 20. 29. 31. 153, 2/3. 6. 12/13. 14. 15/16. 154, 15. (Riese, Geogr. Lat. min.).

11) Silv. I 2, 203 sqq. 3, 69. 75. 5, 25. III 2, 17/18. Theb. I 270/272. 354—360. IV 239/240.

12) I 107—110 de fonte calido in urbe Roma (cf. Va. l. l. V 156). 249—262 Tauri Thermae. 349—358 de Tago. 475—490 de Istro congelato (cf. Hdn. VI 7. 6/7 = MA. 168. Pausan. VIII 28, 2/3. Amm. Marc. XXVII 6, 12). 565—568 de Arno et Ausure, qui *'conum pyramidis ..... ducunt'* (cf. Strab. V 222. MA. 92).

13) 1, 256/257. 2, 9/10. 575. 3, *101—104*. 4, praef. 9—11. 5, 110—114. 8, 127—129. — 20, *255—273*. 290 sqq. 21, 185—187. 28, 193—197. 458. 35, 60/61. 36, 348—350. Carm. min. 26 de Apono.

14) descr. 996. *1168—1181*. 1274—1280.

VI. Inter auctores doctos, qui libris antiquis perlustratis quasi florilegia composuerunt vel commentarios conscripserunt, ad mirabilium historiam pertinent **Cassiodorus** [1], qui variis nonnulla, sicut Aponum, descripsit, **Macrobius** [2], qui Saturnalibus Palicos copiose tractavit, **Servius** [3] aliique commentariorum scriptores, quorum reliquiae tantum supersunt, **scholia** appellata, quibus de mirabilibus interdum commemoratur [4].

His adnumerandi sunt **Natalis** [5] de Comitibus et **Alexander** [6] ab Alexandro, qui sexto decimo p. Chr. n. saeculo eodem modo pauca de mirabilibus disseruerunt auctoribus usi ignotis.

VII. Ex patrum ecclesiae [7] numero permagno inter mirabilium scriptores, ut ita dicam, referendi sunt **Augustinus** [8] et **Tertullianus** [9] et qui vocatur **Hegesippus** [10].

Qui post Solinum de mirabilibus scripserunt praeter Isidorum et auctores recentissimos tam pauca mirabilia referunt, ut neque scriptores neque legentes his valde studuisse verisimile sit.

Auctores Graece scribentes ex saec. IV p.

Apud Graecos quoque studium rerum mirabilium valde deminutum esse ex eo cognoscitur, quod non solum apud **Procopium** [11], **Nicetam Choniatam** [12], **Nicetam Eugenianum** [13] rerum scriptores sed etiam apud **Achillem Tatium** [14] et **Plutarchum** personatum [15])

1) III 53. VIII 32. IX 6. 32. XI 14, de Apono II 39.

2) saturnal. I 7, 28 de insula in lacu Cutiliensi natante, V 19, 15—31 de Palicis.

3) Serv. in Verg. Aen. III 442. 466. 694. V 251. VI 201/202. IX 581. X 564.

4) Schol. Bernens. in Verg. Georg. II 137. Schol. Dan. in Verg. Aen. IX 584. Schol. Vatic. (Interpol. Serv.) in Verg. Georg. III 268. Schol. Veron. in Verg. Aen. I 250. Lactant. Plac. comment. in Stat. Theb. I 354—360. IV 239/240. XII 156. Schol. Lucan. III 175/177. 208—210. 256—260. 332. VI 370. VII 193. 755.

5) Natalis Comitis Mythologia libri X 1653, p. 641. 908 sqq.

6) Alexandri ab Alexandro Dies geniales, 1673, II p. 423/424.

7) cf. Konrad Kretschmer, Die physische Erdkunde im christlichen Mittelalter. Geographische Abhandlungen, hsgg. v. A. Penck. IV 1. praecipue p. 78 sqq.

8) de civ. dei. XXI 5, 1. 7, 1.

9) de anima 50. adv. Val. 15.

10) cf. Bardenhewer, Geschichte der altchristl. Lit. III 498 sqq. Heg. I 45. III 26. IV 16. 18. 26. 27.

11) Bell. Pers. I 17. II 30. de aedif. V 3.

12) p. 806, 17 B.

13) IV 145 sqq.

14) I 18; II 14 de quibus neglegenter egit Rohde, Griech. Roman[2] 513 = 482, A. 1. nam pauca haec paradoxa „*eine lange Reihe*“ appellans ex Isigono sumpta esse putat, quamquam ei deberi haec non possunt. v. p. 152.

15) nam pauciora aquarum quam lapidum et plantarum in fluminibus nascentium mirabilia describuntur.

(qui de fluviis scripsit), qui animi delectandi causa scripserunt et apud **Nonnum**[1]) poëtam aquarum mirabilia paucissima leguntur.

II. Tamen **Pauli Silentiarii** traditum est carmen, cui inscribitur εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά[2]), quo permulta mirabilia descripta sunt, quorum magna pars ex Aristotelis personati auctore deprompta esse videtur[3]); sed, quo auctore intercedente aliunde quoque deprompta[4]) narrante mirabilia poëta usus sit, cum nomina omiserit et verbis usus sit valde obscuris, nemo adhuc potuit perspicere[5]).

Praeter Paulum Silentiarium inter illorum temporum scriptores Graecos unus **Oribasius**[6]) aquarum mirabilia multa in unum coacta refert, e Rufo descripta, sed an alii huius aetatis auctores mirabilium aquarum libellos composuerint nescimus.

III. Plures autem inter Graecos quam inter Latinos auctores fuerunt, qui florilegia conscribentes mirabilia rettulerunt sicut **Sopater**[7]), **Stobaeus**[8]), **Photius**[9]), qui etiam ex Ctesia multa descripsit mirabilia et de nonnullis mirabilium scriptoribus commemo-

---

1) de Castalia: Dion. IV 30. VI 339—345. XIII 133/134. 323/327. de Arethusa Dion. IV 30. XXXVII 169—173. XL 559—564. XLII 104—107. de Rheno: Dion. XXIII 94—97. XLVI, 54—60.

2) aquarum mirabilia perscripta sunt his versibus: 1—37. 54—65. 68—123. 129—138. 147—166. cf. Schmid⁵ II 790/1. Merian-Genast, de Paulo Silentiario Byz. Nonni sectatore Diss. 1889. 4° p. 36—40.

3) quod Praechter (v. 5) non recte intellexisse videtur. cf. p. 152.

4) cf. p. 151/2. 5) cf. Praechter, Byz. Zschr. 13, 1904, 1—12.

6) Orib. coll. med. V 3, 24—35. p. 332—335 Daremberg.

7) de quo cf. Phot. bibl. cod. 161 et Christ-Schmid⁵ II 2 p. 890 c. ann. 3.

8) Flor. 64, 19. 100, 10. 14. 15. 17. 20. Ecl. Phys. I 41, 51/52.

9) Bibl. cod. 72 Ctesias v. p. 4 a. 1; cod. 150. **Ptolemaei** Hephaestionis καινὴ ἱστορία 148 a; cod. 249. Πυθαγόρου βίος 441 b 1. deinde commemorat cod. 188: **Alexandri** θαυμασίων συναγωγή, ... λέγει δὲ περί τε ζώιων καὶ φυτῶν καὶ χωρῶν τινων καὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ βοτανῶν καὶ τῶν τοιούτων. cf. Westerm. praef. p. XVII/III; unde nihil videtur esse servatum. codice eodem perscripti erant libri **Protagorae**, de cuius operis geographici libro VI dicit Photius haec: τὸ δὲ ἕκτον σύστοιχόν πώς ἐστι τῆι Ἀλεξάνδρου συναγωγῆι· τῶν γὰρ κατὰ τὴν οἰκουμένην παραδοξολογουμένων ἀναγράφει τὴν ἱστορίαν cf. Westerm. p. XVIII. ne inde quidem aquarum mirabilia exstant. denique cod. 189. **Sotionis** τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων, liber, de quo paucis sic Photius: σύστοιχον καὶ τοῦτο τὸ βιβλιδάριον τῶι ἕκτωι τε τῶν Πρωταγόρου καὶ τῆι Ἀλεξάνδρου συναγωγῆι πλὴν ὅτι ἐνταῦθα τὰ περὶ κρηνῶν μόνον καὶ λιμνῶν παραδοξολογούμενα ἱστορεῖται, ἐν ἐκείνοις δὲ καὶ πλειόνων ἄλλων. ἡ δὲ φράσις παραπλήσιος ἐκείνοις. quae ex eo libro servata sint v. p. 163. quando autem hi scriptores rerum mirabilium floruerint, et genuinane sint opera, valde dubium est.

ravit, qui quando floruerint, nescimus. deinde Ioannes **Tzetzes**[1]) cum hist. VII 144, 642—652 multos enumerat rerum mirabilium scriptores tum historiis et commentario Lycophronis Alexandrae adiecto[2]) multa descripsit mirabilia aquarum. leguntur etiam multa apud **Stephanum Byzantium**[3]).

IV. Denique apud **Eustathium**[4]) Homeri Strabonis Dionysiique commentatorem, in Aristotelis librorum commentariis[5]), **Scholiis**[6]), quae vocantur, poëtarum carminibus adiectis, etymologicis, aliis lexicis[7]) leguntur tot mirabilia aquarum,

1) Tzetz. Hist. VII 144, 642—652:

ὅτι δ' εἰσὶ τῶν ἀληθῶν, ἄλλοι φασὶ μυρίοι
τοιαῦτα καὶ καινότερα θεάσασθαι ἐν βίωι
Κτησίας καὶ Ἰάμβουλος, *Ἰσίγονος*, Ῥηγῖνος
Ἀλέξανδρος, Σωτίων τε καὶ ὁ Ἀγαθοσθένης,
Ἀντίγονος καὶ Εὔδοξος, Ἱππόστρατος, *μυρίοι*,
ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς δέ, ἅμα καὶ Πτολεμαῖος
Ἀκεστορίδης *τε αὐτὸς καὶ ἄλλοι πεζογράφοι,*
οὕς τε αὐτὸς ἀνέγνωκα καὶ οὓς οὐκ ἀνεγνώκειν.
ἀφ' ὧν δ' αὐτὸς ἀνέγνωκα, γραφαῖς μετροσυνθέτοις,
Ζηνόθεμις Φερένικος, *σὺν τῶι Φιλοστεφάνωι*
καὶ ὧνπερ οὐκ ἀνέγνωκα, μυρίοι πάλιν ἄλλοι.

(cf. **Gellius,** Noct. Att. IX 4, 3.) de Rhegino cf. p. 163.

aquarum mirabilia historiarum his locis memorantur: I 18. 468/9. IV 135. 339—342. VII 144. 670—675. 738—740. cf. H. Spelthahn, Studien zu den Chiliaden des Jo. Tzetzes. Diss. Monac. 1903. 40/1.

2) Scholia Lycophronis Alexandrae antiqua et Tzetzae (ed. Scheer) mirabilia aquarum continent haec: in Alx. 74. 272. 570 sqq. — 671. 700. *704*. 706. 718. — 847/8. 919. 1021. 1050. — 1246. 1276. 1288. 1352. *1424*. *1432*.

3) s. v. Ἀζανία, Αἴδηψος, Δικαιαρχία, Δῖον, Ἔγεστα, Ζάρητα, Ἠλεκτρίδες, Θέρμα, Ἱεράπολις, Ἶς, Μυτίστρατον, Νάξος, Παλική, Σιντία, Ταρσός, Ταρτησσός, Τηλέφιος. Τῆνος, Ὕπανις.

4) locis permultis, quos piget enarrare ex antiquioribus libris neglegenter compilatos.

5) Alex. pers. in A. met. fol. 86 b (v. 22); Olympiod. in A. met. I 12. 13. II 3.

6) Schol. B Anth. Pal. 362, 1.
Schol. Ap. Rhod. Arg. I 9. 238. II 964. 972/8. III 224/5. IV 131. 259. 284. 293. 321. 324.
Schol. Aristoph. Av. 1694. Eq. 248. Lys. 911. Nub. 1050. Plut. 287.
Schol. Eur. Or. 318. Hipp. 122. Tro. 228.
Schol. Hom. Il. A *Α* 98. B *Β* 825 (= Schol. Lips. p. 447 Bachm.). *Υ* 74. *Φ* 2. 158. Town. *Ζ* 4. *Φ* 2. Vict. *Π* 234. Oxyrh. *Β* 751—755. Od. γ 489. λ 238/9.
Schol. Call. hymn. III 171. IV 250. 261.
Schol. Nicand. ther. 45.
Schol. Pind. Nem. I. Ol. XII 25. 27. — Patm. in Pyth. II 7.
Schol. Soph. Aiac. 374. Phil. 392.
Schol. Theocr. I 68. 117. V 15.

7) **Photis, Suidas, Etymologicum Magnum, Et. Gudianum** passim

ut a millesimo fere et ducentesimo anno auctores in dies magis mirabilibus studuisse videantur, et auctores illos, de quibus supra commemoravi, sexto et septimo decimo p. Chr. n. anno in terris ad occidentem versis florentes ab his Graecis ad ea studia reductos esse a verisimili abhorrere non videatur.

Incertorum auctorum libelli.

Cum quo maximo rerum mirabilium scriptorum numero quomodo cohaereant libelli auctorum nominibus omissis servati, paucis disserendum est:

Sunt hi **Florentinus Vaticanus Palatinus.**

PP (Paradoxographus Palat.).

Liber **Palatinus**[1]) cum Florentino et Vaticano artius cohaerere non videtur, sed alio ex fonte, fortasse Callimachi libro aliquo, haustum esse puto Antigono non intercedente[2]).

PV (Paradoxographus Vaticanus).

Librum **Vaticanum** Ervinus Rohde ex Isigono excerptum esse censuit[3]); sed demonstrabitur infra maxime hanc sententiam a verisimili videri abhorrere[4]).

PF (Paradoxographus Florentinus).

Liber **Florentinus** diligentius compositus esse videtur, cum aquarum mirabilia, de Nili inundatione sententias, tractatum de feminis[5]), amicis, alia in genera digesta esse appareat[6]), etsi aquarum

---

aquarum mirabilia exhibent magnam partem postea a **Phavorino**, qui fertur, excerpta et cum aliis ex Scholiis Lycophronis Alexandrae adiectis depromptis in unum coacta.

1) quem edidit E. L. de Stefani, Studi ital. XI (1903) 93—98.

2) Aquarum enim mirabilia narrat his locis:

PP. 6. 9. 12 a nemine alio — nisi fallor — memorata.

deinde de vini fonte Naxio, de quo commemorasse Ctesiam Phot. bibl. cod. 72, p. 47, Asclepiadem Steph. Byz. s. v. Νάξος, Heraclidem Suid. s. v. Νάξος tradunt, Propertius autem (IV 16, 27/8) auctoris nomine omisso memorat, etiam PP. 7 agit adiecto nomine Aglaosthenis. quomodo haec inter se cohaereant verbis vix differentibus perspicere difficillimum videtur.

PP. 15 de amnibus Euboeae colorem mutantibus solus Callimacho auctore alia ac ceteri tradit. cf. p. 59, Tab. II.

PP. 19 e Theopompo tradit quaedam de flumine Ponto, quae neque cum MA. 115 neque cum Call.-Antig. 136 plane congruunt, apparet tantum eos quoque Theopompo usos esse et PP. 19 e Callimachi libro depromptum esse a verisimili abhorrere non videtur, quamquam praeter PP. Theopompi nomen nemo huic narrationi adiecit.

PP. 13. 16. 17 cum Antig. 134/5 ita cohaerere videntur, ut non Antigoni sed Callimachi librum adhibitum esse sit censendum, quamquam Landi, quaestt. 74 patere censet, haec excerpta verbotenus ex Antigoni collectaneis fluxisse.

Haec habeo cur non tantum 15 sed fortasse omnia aquarum mirabilia a PP. enarrata 5. 6. 7. 9. 12. 13. 15. 16. 17. 19 Callimacho deberi putem. sed cf. p. 25 (Oder).

3) acta soc. phil. Lips. ed. Fr. Ritschelius I 31.

4) cf. p. 158. Reimann, Philol. 54 (1895) 698 sqq. Landi, quaestt. 69.

5) cf. Christ-Schmid[5] II 2, 890 et supra p. 19 a. 7.

6) cf. Studi ital. III, 1895, 532—548. cf. p. 34.

mirabilia non certo ordine conscripta esse sed ratione quidem certa collectorum ordinem valde perturbatum esse puto[1]).

Demonstrabitur infra librum Vaticanum post Florentinum compositum esse videri[2]), Palatinus autem ante eos conscriptus esse videtur, cum diligentius eo mirabilia descripta sint, neglegentius Vaticano[3]).

Sed qua aetate scripti sunt hi libelli? Florentinum post Isigonum compositum esse apparet, cuius nomen ab auctore mirabilibus nonnullis adiectum sit. et cum Isigonus inter Tiberii et Vespasiani aetatem floruisse videatur[4]), ante annum p. Chr. n. quinquagesimum libellum Florentinum conscriptum esse non est verisimile. Sed cum Pauli Silentiarii temporibus — si re vera carmen de thermis Pythiis composuit[5]) — rerum mirabilium studium adeo deminutum esse videatur, ut comptam illam dicendi rationem adhiberi oporteret, ut animi legentium delectarentur, hos libellos soluta oratione scriptos simplici ante poetae illius aetatem conscriptos esse censeo.

Quibus de causis inter Vespasiani et Iustiniani imperatorum tempora compositi esse videntur; sed aliis causis non allatis accuratius aetas describi non potest. quae autem e sermone et compositione libelli Florentini colligere liceat ad aetatem accuratius definiendam pertinentia, perscripsi infra p. 148—150. 162/3.

Quibus explicatis ad eos libellos breviter tractandos accedo, quibus viri docti recentiores de libello Florentino disputaverunt.

3. Qui auctores recentiores de libello Florentino disputaverint, exponitur.

1. **Sotionis**[6]) esse libellum Florentinum censuerunt hi:

Henricus Stephanus, qui primus has narratiunculas edidit (cf. p. 33, II 1), qui utrum in hanc opinionem inciderit an ab alio, ut hoc putaret, adductus sit, incertum est.

Quem secuti et qui post eum ediderunt hunc libellum Sylburgius, Westermannus, Idelerus[7]) Sotionis nomen adiecerunt argumenta non afferentes (solus Westermannus pauca de Sotione disseruit[8]) et qui historiam litterarum Graecarum descrip-

1) cf. p. 49 § 1. 2) cf. p. 158.
3) nam inferioris aetatis auctores neglegentiores fuisse plerosque constat.
4) cf. p. 161-163. 5) v. p. 19 a. 2/3.
6) v. p. 163. 7) v. p. 33/4 II. 2. 3. 4.
8) praef. p. XLIX/X.

serunt, sicut Fabricius[1]) Sotioni librum ascripserunt et eadem tangens Ric. Niclas[2]).

2. **Isigoni** autem ex incredibilium libro altero fragmenta deprompta esse re accuratius perspecta censuit primus Valentinus Rose[3]), qui quamquam gravia argumenta non attulit, tamen iure existimasse videtur Stephanum ipsum codice Florentino usum Genavae haec fragmenta Sotionis nomine praefixo in lucem edidisse. sed rectene de Isigono quasi omnium fere mirabilium post eius tempora cum ab aliis tum Varrone intercedente a Plinio et Vitruvio narratorum auctore disseruerit, valde dubitare licet[4]). nam rebus diligenter perquisitis (‚*nach weitläufiger Untersuchung*') fragmenta Florentina omnia ex Isigoni libro deprompta esse censuit, cum quae Plinius (libris II et XXXI) Seneca (nat. quaest. III), Vitruvius (de archit. VIII 3) de aquis mirabilibus tradiderint partim inter se partim cum Sotionis personati libello tam arte cohaerere ei viderentur, ut eodem ex fonte haec omnia hausta esse censendum sit. male autem accidit, quod perquisitionis illius paucissima adiecit et ad demonstranda ea, quae contenderat, minime idonea.

Tamen libelli Florentini partem magnam Isigono deberi a vero abhorrere non videtur, sed commentario mihi explicandum est causas plane diversas ad haec demonstranda afferri et oportere et posse, quae autem ipse attulerit Rose, iis demonstrari contraria[5]).

Deinde omni argumento carent, quae de Rhegini Polymnemone disseruit, cuius partem fuisse haec fragmenta putavit; nam commemoraveritne Tzetzes hist. I 467/468 de eadem re, quam tractavit Isigonus apud PF. 2, valde dubitare licet, quae autem alia Tzetzes (Rhegino intercedente) Isigoni incredibilium libris debet, iis fragmenta Florentina a Rhegino composita esse demonstrari nequit, cum Tzetzae et auctoris Florentini de rebus iisdem narrationes non exstent[6]).

Attamen quae Rosius opinatus esset, vera esse ratus Ervinus Rohde[7]) Sotionem personatum Plinium Vitruvium Senecam Tzetzam Isigoni compilatores vocavit et ‚*qui Isigoni illa excerpta, quae sub Sotionis nomine circumferantur*, *cum Antigono comparaverit*, *cum non uni-*

---

1) Fabricii Bibliotheca Graeca, cur. Harles. vol. X (1807) p. 733: CLXXXIX.

2) Γεωπονικά rec. ab Jo. Ric. Niclas, 1781. I p. LXXI sq.

3) Aristoteles pseudepigraphus p. 487/8. Anecdota graeca et graecolatina I, 1864. p. 9 sqq.

4) Landium quoque video putare Roseum errasse (quaestt. 69 sqq.).

5) v. p. 162. 6) cf. p. 61. 163.

7) p. 30.

cum quidem at praecipuum tamen Isigoni fontem fuisse Antigonum facile intellecturum esse' censuit [1]).

Et quae deinde a compluribus auctoribus de iisdem aquarum memorabilibus nonnullis enarrata attulit, quibus Isigonum communem eorum fontem demonstraretur, illis auctores illos diversis e fontibus aquarum mirabilia hausisse videtur demonstrari [2]).

Sed explicatis iis et paucis de Nicolao Damasceno aliisque auctoribus, quos putaret intercedente Isigono ab auctore libelli Vaticani compilatos esse, expositis, quae in codice Vaticano 12 repperrerat rerum mirabilium fragmenta omnia ex Isigoni incredibilibus deprompta esse iudicavit. at errasse eum haec opinantem infra explicabitur [3]).

Isigoni studio nimis indulsit etiam Paulus Rusch [4]), qui Seneca et Plinio iure ex ‚*Isigoni compilatorum*' numero remotis, quae Athenaeus libro altero Dipnosophistarum de aquis mirabilibus enarravit, ex Isigono sumpta esse opinans, permulta ad eum rettulit, quae aliis deberi auctoribus infra explicabitur [5]). qui quamquam multa verbotenus fontium eruendorum causa excerpta alia iuxta alia composuit, tamen non intellexit, quibus uteretur argumentis e Rosei Rohdeique libris depromptis, ea vera esse vix posse, cum Roseum Rohdeumque illa demonstrare conantes errasse ipse exposuisset (nam Senecam Asclepiodoto Plinium Muciano — hac in re errasse videtur Mucianum nimis aestimans [6]) — intercedentibus Posidonio usos esse censuit Varronem iniuria neglegens).

Novis argumentis non additis Susemihl [7]) secutus, quae Rose, Rohde, Rusch disseruerant, Isigonum descripsit quasi a permultis auctoribus adhibitum.

3. Deinde **neque Sotioni neque Isigono soli** Florentina deberi primus iudicavit Maximilianus Thiel [8]). qui difficiliorem esse,

---

1) quod a vero maxime abhorrere videtur, cum fragmenta Florentina non plura quam tria Antigono debeantur. cf. p. 150. 159. Contra Carolus Landi errare videtur ex Antigono nihil petivisse Isigonum censens.

2) cf. p. 81/82 § 68, p. 95 § 104. 3) cf. p. 158.

4) de Posidonio Lucreti Cari auctore in carmine de rerum natura VI. Diss. Gryphisw. 1882.

5) cf. commentarium passim.

6) quod etiam Eugenium Oder 293, 86 censere video. Utrum autem Landi pro Muciano iure an iniuria Fabianum intercessisse putet, infra disserendum est p. 116f. 7) I 480/1.

8) quibus auctoribus Vitruvius, quae de mirabilibus aquis refert, debeat: Philol.-hist. Beiträge, Curt Wachsmuth zum 60. Geburtstag überreicht, 1897. p. 92—106.

quam Rose, Rohde, Rusch existimaverant, quaestionem explicavit. neque enim omnes, quos illi Isigoni compilatores vocaverant, eius incredibilia adhibuisse neque fragmenta Florentina omnia deberi Isigono edocuit. (quae autem de singulis narrationibus disputaverit, commentario memoranda sunt.)

Quibus explicationibus nisus Eugenius Oder[1]), cum de iis, quae Vitruvius de aquarum natura conscripsit, dissereret, pauca de anonymo aquarum mirabilium scriptore Florentino addidit. qui cum Vitruvium permulta aliis auctoribus intercedentibus Posidonio debere demonstrasset (340 sqq.), quae PF. 24—26 et Vitr. VIII 3, 21—23 tradant mirabilia carminibus ornata ad Isigonum referri non posse et Vitruvium ex Isigoni compilatorum numero removendum esse demonstravit. quo fit, ut Posidonio Vitruvii praecipuo fonti etiam Plinius et Athenaeus multa debere videantur[2]). immo, ne nimis audaces et haec et alia eiusmodi colligamus, acutissime monet Oder his verbis:

Ein Induktionsschluß, der in einer lockeren Sammlung wie derjenigen Pseudosotions von der Herkunft der meisten Paradoxa auf den Ursprung aller schließt, entbehrt an sich der zwingenden Beweiskraft, so lange nicht für alle zweifelhaften Stücke andere Erwägungen sprechen (p. 349).

Attamen nimis festinanter iudicasse Roseum cum Plinium, Vitruvium, anonymum Florentinum Isigoni vocaret compilatores, ne Oder quidem intellexit honori esse Roseo ratus[3]), quod in integrum restituerit Isigonum; multo enim maioris, quam re vera fuit, momenti Isigonum fuisse Rose putavit, cum non multo plura aquarum mirabilia ab eo descripta esse demonstrari possit, quam ei ascribebantur, antequam Rose illa disputavit[4]).

Nuper quae Rohde et Oder disseruerunt, breviter repetiit W. Schmid[5]).

Sed post Oderum nuper Carolus Landi[6]) de aquarum mirabilibus copiosius disputavit. quam disputationem imprimendum demum curans hoc opusculum Capellii recensione[7]) cognovi. Qua de causa, quae Landi et Capelle de anonymo Florentino et de ceteris a me

1) Ein angebliches Bruchstück Democrits. Philol. Suppl. 7, 304 sqq.
2) cf. p. 155. 158. 3) p. 343. 4) cf. p. 162.
5) Christ-Schmid II⁵ 1, 184, 5. 322, 3.
6) Atti e memorie della R. Accademia di scienze lettere ed arti in Padova. Anno CCCLXX 1910/11. N. S. vol. XXVII. Pad. 1911 p. 61—87. Quaestiones doxographicae et paradoxographicae ad Lucretium et Ovidium praecipue spectantes.
7) BphW 34 (1914) 361—370.

tractatis scripserunt, annotationibus tantum addo, e quibus me cum iis consentire aut dissentire appareat.

Sed cum Vitruvius, Seneca, Plinius, Athenaeus, alii de compluribus rebus ab auctore Florentino anonymo narratis commemoraverint, etiam quibus illi auctoribus usi sint, ad fontes libelli Florentini cognoscendos oportet inquirere. tamen de libello Florentino solo licet disserere aliorum auctorum testimonia tantum adhibenti, ut ex eo, quo Isigonus saepe nominatim affertur, libro colligatur, utrum alii auctores, quae de aquis mirabilibus narraverint, ea Isigono an aliis mirabilium scriptoribus debeant. hoc enim modo, quae Capelle [1]) perficienda proposuit, adiutum iri persuasum habeo.

4. Qua de causa quoque modo denuo de his rebus disputandum sit, explicatur.

Hoc autem libello inquirendum est, quibus rerum mirabilium libris adhibitis et auctor incertus Florentinus et alii, qui de iisdem rebus commemoraverunt, libros conscripserint.

Qui quomodo auctoribus usi sint, acutissime nuper disseruit Eduardus Stemplinger [2]). unde facile cognoscitur rerum mirabilium scriptores modo accuratissime, quibuscumque auctoribus usi sint, enarrasse, modo plane tacuisse; quo factum est, ut, qui auctores in libris servatis conscribendis sint adhibiti, difficillimum sit perspicere, quamquam cum alii tum auctor Florentinus narrationibus multis auctorum nomina adiecerunt, sed non ab ipsis tantum adhibitorum saepe tacita, sed etiam quorum in fontibus legerant.

Rem saepe tractatam cum retractandam proposuissem, nova argumenta afferre studui, ut, quantum possim, perficiam, quae postulavit Müllenhoff [3]):

Hoffentlich wird die Sammlung [4]) *und die ihr ähnlichen nie wieder gedruckt, ohne daß sie, in ihre Bestandteile zerlegt, ihre Zusammensetzung anschaulich gemacht und, soweit es tunlich ist, auch auf ihre Quellen zurückgeführt wird.*

Qua de causa, quaecumque apud alios auctores legantur de rebus a Florentino auctore narratis partim a Stephano, Sylburgio, Westermanno, Landio editoribus addita partim ab iis neglecta mihi erant colligenda, ut verbis collatis, quomodo haec inter se cohaereant, perspici possit. ad quae perficienda cum textu accuratiore quam a Landio edito opus esset, primum, quot codices manuscripti

1) p. 369. 2) Plagiat p. 177—185. 3) I² 468/9.
4) scil. mirabilium auscultationum liber.

exstent, inquirebam deinde foliis photographice depictis usus textum constituere bonum et accuratum conatus sum. cui praeter lectiones varias quoscumque inveni locos eadem continentes adieci.

Commentario autem praeter testimonia de mirabilibus commemoratorum similibus ex aliis deprompta auctoribus adiecta, iis, quae apud alios auctores leguntur de mirabilibus ab auctore Florentino descriptis, usus adipisci conabor certiora, quam Oder (346) erui posse censuit. quamquam enim Oder, quomodo mirabilia a paucis narrata alius alii tradiderit, perspici non posse recte iudicavit, tamen, cum nonnulla mirabilia quomodo alter ex altero deprompserit perspici possit, quomodo complura alia tradita sint, inde colligere licet.

Quibus narratiuncula e narratiuncula perquisitis, quae certe concludi posse censeo, appendicibus composui, ut, quomodo mirabilia ad auctorem Florentinum pervenerint, melius perspiciatur [1]; eoque loco discernendum est, quantum Isigono debeatur [2], utrum, qui Sotioni [3] vel Rhegino [4] haec ascripserint, a vero plane aberraverint annon, quo tempore [5] fragmenta Florentina conscripta sint.

Et quamquam, quae de Nilo [6], feminis, aliis in codice Florentino subiuncta sunt aquarum mirabilibus, iis eodem modo perquisitis nonnulla de aquarum mirabilibus erui posse veri simile videtur, tamen oportet aliud post aliud tractare: in excerptis singulis ad fontes referendis, cum quod, an omnium idem sit auctor, dubium est, tum quod hae alterius generis res magnam partem ab aliis ac mirabilium aquarum scriptoribus describi solebant, capita oportet singillatim tractare, quamquam, quae hic rerum mirabilium scriptor una conscripsit, haud scio an iam apud alios priores coniuncta legerit [7].

Quibus de causis id tantum proposui, ut, quomodo mirabilia aquarum a Platonis Aristotelisque aetate ad imperatorum Romanorum tempora tradita sint, accuratius perspicienda reddantur.

---

1) v. p. 159 sqq. 2) v. p. 162. 3) v. p. 163.
4) v. p. 163. 5) v. p. 162/3. 6) v. p. 125/6 § 172.
7) v. Christ-Schmid II⁵ 1, p. 184.

De Fragmentorum Florentinorum textu.

I. De codicibus manu scriptis.

Qui codices manu scripti exstent, per multos annos nemo enarravit et ne recentioribus quidem temporibus omnes noti erant. nam Stephanus et Sylburgius, quibus codicibus seu libris impressis usi essent, non indicaverunt, Ideleri autem ‚Physicorum et Medicorum' volumen tertium, quo haec continerentur, numquam editum est, quem Stephani tantum Sylburgiique editionibus usum esse ex earum paginarum numeris textui adiectis colligere licet.

Westermannus autem falso quidem de codice quodam Parisino a Stephano adhibito commemoravit (p. XLIX). quem codicem nusquam inveni ab alio memoratum, qua de causa cum Roseo (p. 9) consentio putante codicem illum fictum esse a Westermanno Stephani nomine ‚typographi Parisini' decepto — nisi illius editionem a Westermanno omnino non inspectam esse credis.

Sed non ignoravit Westermannus in codice, quem vocavit, Holstenii (p. XLII) ‚*simul legi capita anonymi de causis incrementi Nili atque Sotionis* [sc. personati] *de mirabilibus aquarum*', e quo [1]) tractatum de mulieribus ab Holstenio descriptum primus edidit Heeren (Bibliothek der alten Literatur und Kunst, fasc. 6, Gotting. 1789). quem codicem Rose (p. 1) Florentinum esse exposuit. de Sotione autem commemorans codicem hunc neglexit Westermannus.

Primus ergo accuratius de codicibus manu scriptis Rose, copiose commemorans de codice Laurentiano LVI, 1 (p. 1 sqq.) et pauca de Veneto, Escorialensi, Holstenii apographo addens, disseruit. denique Landi (p. 351) de codicis Escorialensis recenti exemplo in Bibliotheca Lugduno-Batava asservato monuit.

Nuper ipse codicum manu scriptorum Graecorum catalogos, quotquot in bibliotheca universitatis Eberhardinae-Carolinae et in bi-

1) Holstenii apographo usus.

bliotheca publica Stuttgartiensi exstant, indice Gardthauseniano [1]) usus per duos fere menses perlustravi. sed unicum tantum novum repperi mirabilia Sotionis personati continentem codicem Urbinatem. sed cum aliarum bibliothecarum catalogi impressi non exstent, aliarum mihi non praesto fuerint, qui omnium bibliothecarum scrinia perquisierit, eum et ipsum alios reperturum esse codices manu scriptos mirabilia ea continentes a vero abhorrere non videtur.

Adhuc autem codices manu scriptos novimus hos:

A. 1. codex **Florentinus** bibliothecae Laurentianae Mediceae F
Graecus LVI, 1.

Cuius codicis historiam addita descriptione copiose explicavit Rose (1 sqq.). quem cum alii descripserunt tum quem novimus primus Angelus Bandini in catalogo codicum Graecorum bibliothecae Laurentianae II 289—294 (1768), denique nonnulla addidit Schoell ‚zu Demosthenes und Demades', Hermes III (1869) 274. quorum descriptionibus et tabulis a Ciardellio photographo Florentino depictis usus ita fere eum codicem describam:

Codex Florentinus LVI, 1 bombycinus forma quadrata, quae vocatur, scriptus est litteris minusculis saeculo XIII vel XIV p. Chr. n. Codex valde attritus videtur e tribus voluminibus colligatis constare (Schoell). primum ab initio truncatum foliis 11 sqq. aquarum mirabilia, libellum de Nilo, tractatum de mulieribus, alia continet a Landio omnia edita p. 532 sqq. tertia parte continentur Polyaeni strategemata. sed unde codex Florentiam pervenerit et quis eum scripserit, ignotum est.

B. codices duo scripti a Michaele Apostolio s. Apostole [2]). V

2. Codex **Venetus** Bibliothecae Marcianae 414 graec. membranaceus, scriptus saec. XV, forma quadrata, continet inde a fol. 2 usque ad 132 Polyaeni strategemata, inde a fol. 133^r eadem mirabilia quae codex Florentinus, Sotionis autem personati libellum: fol. 133^r—135^r. recte censuisse videtur Rose (p. 8) Michaelem Apostolium usum esse codice Florentino, sed falso dixit, hoc minime dubium esse (‚*es leidet keinen Zweifel*'), cum alium codicem interea perditum non intercessisse demonstrari non possit. sed quod Apostolius notam ~ pro -ας in V 133^v 14 eodem modo adhibet, quo F 11^v 1 scripta

1) Byzant. Arch. III.

2) cf. Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, 33. Beiheft zum Centralblatt für Bibliothekswesen. Lps. 1909. p. 305 sqq.

est, qua praeterea nisi in fine lineae U 135 v 17 non usus est, a verisimili abhorrere non videtur Rosii sententia, qui codicem Florentinum ab Apostolio in Italiam translatum esse putat.

Descripsit autem codicem Venetum Iacobus Morellius in Bibliotheca manuscripta Graeca et Latina I (Bassani 1802 p. 283—285 cod. CCCCXIV), qui Apostolii subscriptionem et Stephani varias lectiones indicat. neglegentissime autem Vogel-Gardthausen codice eo contineri dicunt στρατηγικά.

U 3. Codex **Urbinas** Bibliothecae Vaticanae Graec. 107. chartaceus foliorum 274, magnitudine 294: 207 mm, scriptus saec. XV continet inde a fol. 1 Polyaeni strategemata, inde a fol. 134 mirabilia: foliis 134r—136r Sotionis personati libellum.

De quo codice commemoratur vetere bibliothecae Frederici II ducis Urbinatis indice a Frederico Veterano composito, qui legitur in: Giornale storico degli archivi Toscani, vol. VII (Firenze 1863 p. 130 sqq.; nro. 665: Polyaeni strategemata, et miranda quaedam de fontibus stagnis et fluminibus — Arthemidori de somniorum iudicio).

Artemidori libros a Michaelo Apostolio e codice Veneto bibliothecae Marcianae 267/268, quem ipse scripserat, esse descriptos Hercher monet (Artemidori Daldiani onicriticon libri V ex rec. Rud. Hercheri. Lps. 1864 p. IX); copiose autem codicem descripsit Cosimus Stornajolo (Bibliothecae apostolicae Vaticanae codices manuscripti recensiti iubente Leone XIII P. M. — codices Urbinates Graeci Bibliothecae Vaticanae descripti rec. Cos. Stornajolo. Romae 1895, p. 163 sqq.), qui veterem indicem memorato copiosiorem — ut videtur — praemisit, Melberum (Polyaeni strategematon libri VIII ex rec. E. Woelfflin 1883) codicem Vaticanum e Veneto descriptum esse ratum errasse, Apostolium autem ex alio codice communi, ut ita dicam, et Venetum et Urbinatem codicem descripsisse putat. sed eius sententiae argumenta non attulit ex re vera Urbinas e Veneto descriptus esse potest: nam cum in Urbinate iota subscriptum eodem modo neglectum et capitis 19 verbum τὸ omissum et nota ͨ pro ας in Veneto tantum adhibita sit, quo loco etiam in Florentino legitur (v. supra), nihil impedit, ne e Veneto Urbinatem descriptum esse Melbero concedamus, qui argumenta e Polyaeno, nescio quo pacto, omisit afferenda.

Deinde cur Stornajolus a Westermanno de hoc codice quasi mala nota perscripto commemoratum esse dixerit, non intellego, cum neque apud Westermannum neque alibi hanc repppererim sententiam

et Apostolii nota bona sit. erravit autem Stornajolus etiam dicens haec mirabilia aquarum Sotionis esse fragmenta e Photii bibliotheca (cod. 189) deprompta, quamquam fragmenta non leguntur apud Photium. unde apparet Stornajolum Rosii anecdota neglexisse et Vogel-Gardthausen a Stornajolo decepti esse videntur referentes contineri hoc codice fragmenta e Photii bibliotheca deprompta.

Ceteris rebus cum a Michaelo Apostolio perscripti sint, codices maxime inter se consentiunt.

C. 4. Codex **Escorialensis** Graecus T I 12 chartaceus saeculo E
XVI scriptus forma, ut dicit Miller, grandi, quae vocatur fol. sed tabulis a Braulio Lopez photographice depictis demonstrari videtur formam a quadrata codicum FUV non esse diversam.

Continetur autem hoc quoque codice primus Polyaenus, deinde inde a fol. 144^r mirabilia. quem descripsit Ed. Miller, Catalogue des manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escurial (Paris 1848. 4^0) p. 109/110. cod. 129, unde nonnulla de eo attulerunt Rose p. 8 et Landi p. 531.

E codice Veneto descriptum esse hunc codicem e verborum περὶ λιμνῶν loco cognoscitur in fine versus 145^v 3 sicut in cod. Ven. 134^r 17 additorum; sed ex eo quoque licet id colligere, quod in fol. 146^r 21 scriptum est Κιμινλάκκου pro Κιμίνου λάκκου omissis litteris ου, quae in V 135^r 12 lineola subscripta notatae omittendae videntur. in codice autem Urbinate Apostolius syllabam μι ea lineola notavit dubitans — ut videtur — cui syllabae imponenda sit accentus nota iam in codice Florentino omissa.

Urbinatem autem et Escorialensem codices e Veneto descriptos esse eo quoque videtur demonstrari, quod cap. 15 in VUE μεταχρῆμα legitur, in F παραχρῆμα; capitis 19 verbum τὸ in codice F perscriptum, in codd. VUE omissum est; eodem capite in codice F legitur ὃν, in V ὃν an ὅν incert., UE ὅν.

D. Exstant praeterea manuscripta duo aetatis recentioris:

5. **Holstenii** ‚apographum' codicis Laurentiani: anno MDCXL B
(Rose p. 2) scriptum, quod in bibliotheca Barberina Romae asservatum esse dicitur. unde deprompta Heeren nonnulla edidit (Bibliothek der alten Literatur und Kunst, herausgegeben von T. C. Tychsen u. A. H. L. Heeren. 6. Stück. Gotting. 1789, p. 3 sqq.). qui autem nuper de Holstenii manuscriptis et bibliotheca Barberina egerunt, de mirabilibus non commemoraverunt: Centralblatt für Bibliothekswesen XII (1895) 441 sqq.: I 55 geographorum minorum

codex; II 26 Polyaeni codices duo. — Revue des bibliothèques (1907) 81 sqq.: codices bibliothecae Barberinae Graeci: (I 58 Polyaeni strategemata sc. XVI) 59 Aeliani tactica e codice Mediceo. anonymi de re militari, (eiusdem?) de orationibus militaribus ex codice Mediceo, mulierum bellica fortitudine illustrium exempla, haec omnia manu Holstenii 128 ff. (sc. XVII). Heeren hoc codice videtur usus esse, sed contineanturne eo aquarum mirabilia, incertum est. I 107 Geographi Graeci minores. 196 = II 17. Geographorum opuscula conscripta ab Holstenio. (260 = II 84 Polyaeni strategemata sc. XV/XVI). Holstenium autem una cum geographis Graecis mirabilia aquarum editurum fuisse ex ipsius epistula elucet ad Meursium scripta pridie id. Ian. 1624[1]) (quam edidit Ioannes Mollerus, Cimbria litterata III 341).

L 6. Manuscriptum quod **Valckenaerii** dicitur Bibliothecae Publicae (Lugdunensis scil.) cod. Lat. 875. chartaceus saeculi XVIII duodecim foliorum forma quadrata.

Codicem totum Graece scriptum descripsit Iacobus Geel in Catalogo librorum manuscriptorum, qui inde ab anno 1741 Bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt (descr. Iacobus Geel. LB. 1852. 4°. p. 51. cod. 181 = XVIII 84. 4°).

Unde apparet codicem tum colligatum fuisse cum manuscripto tractatum quendam de dialectis continente, quem secundum codicis subscriptionem Geel monuit sumptum esse e codice quodam Escorialensi, quem ita descripsit, ut codicem Graecum Ψ IV 1 (p. 471 Miller) significari cognoscatur, quo mirabilia aquarum contineri falso putavit Geel. qui pessima nota perscriptum esse codicem illum Escorialensem tradidit, quod perlecto manuscripto Lugdunensi quivis putabit. sed quamquam re vera pluribus erravit quam Apostolius, qui scripsit codicem Escorialensem T I 12 elegantissime, tamen, qui scripsit codicem Lugdunensem, accentuum et spirituum notas grammaticorum praeceptis persaepe neglectis adhibuit et litteras colligatas, notas, compendia perlegens saepissime erravit. et quas imitatus est litteras more antiquiore perscriptas, ex iis licet colligere, quod cum codicis Escorialensis litteris partim consentiunt partim dissentiunt, errata illa permulta non Valckenaerii — si re vera scripsit codicem Lugdunensem — sed alius esse, qui e codice Escorialensi mirabilia illa descripsit minime eruditus, cuius manuscriptum interea deperditum esse non aegre ferimus. Valckenaeriusne autem codicem Lugdunensem scripserit, iudicare non possum.

---

1) cf. Rose p. 9.

Continet is foliis 1—5 r libellum Sotionis personati, foliis 5 v sqq. cetera opuscula, quae Landius imprimenda curavit. in apparatum criticum ex hoc manuscripto nihil recepi, cum adhuc exstet codex Escorialensis et coniecturae nullae, errata permulta in codice Lugdunensi legantur.

Cohaerere igitur videntur codices manu scripti inter se hoc fere modo.



II. De libris impressis.

1. **1557.** Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. Aristotelis et Theophrasti scripta quaedam . . . ex officina H. Stephani, Parisiensis typographi. MDLVII.

Henricum Stephanum codice Florentino usum huius libri paginis 138—143 imprimendum curasse Sotionis personati libellum ex eo licet conicere, quod textus cum illo magis quam cum ceteris codicibus consentit. sed num ipse mirabilia ea ex codice Florentino descripserit et Genavae impresserit, quae dicit Rose (p. 1/2), non est certum, nam non habemus, unde certa argumenta sumantur, quamquam a vero illa abhorrere non videntur (cf. Annales de l'imprimerie des Estienne par A. A. Renouard II. 1838. 81 sqq.). annotationibus paucis p. 168 conscriptis gravioris momenti nihil continetur sed textus emendationes satis multae.

2. **1587.** Aristoteles ed. Sylburgius, vol. III p. 3. Ἀριστοτέλους διάφορα συγγράμματα. Francof. Wechel.

Sylburgius Stephani editione usus paginis 123—128 Sotionis personati opusculum edidisse videtur et annotationibus collegit plerosque locos, quibus de iisdem rebus commemoratum est (p. 316/317).

3. **1839.** Παραδοξογράφοι. Scriptores rerum mirabilium Graeci ed. Ant. Westermann. Brunsvigae-Londini. p. 183—191.

Inter annos p. Chr. n. millesimum quingentesimum octogesimum septimum et millesimum octingentesimum undequadragesimum opuscula Florentina denuo edita esse non videntur. Westermannusne Stephani editionem inspexerit, dubito. aliorum autem loci, quos ap-

paratu critico adiecit, plerique e Sylburgii editione deprompti videntur. quae autem Westermannus de codicibus manu scriptis disseruit, de iis supra commemoravi p. 28.

i 4. **1841.** Physici et medici Graeci minores congessit I. L. Ideler. vol. I. Berol. ap. Reimerum.

Ideleri editio (p. 184—189) omni apparatu caret, in marginibus autem numeri paginarum Stephani Sylburgiique editionum ascripti sunt, quas neglecta Westermanniana, cum qua non omnino consentit, solas adhibuisse videtur.

l 5. **1895.** Studi italiani di filologia classica vol. III. Firenze-Roma. p. 531—548: opuscula de fontibus mirabilibus, de Nilo etc. ex cod. Laur. 56, 1 descripta.

Landi codicibus manu scriptis et libris impressis p. 531 enumeratis primus omnia mirabilia in unum coacta secundum codicem Florentinum edidit; solo eo usus in margine numeros foliorum codicis Florentini et paginarum editionis Westermannianae addidit.

Locos eos, quibus alii auctores de rebus his opusculis tractatis commemoraverunt, plures quidem quam Westermannus sed, ut ita dicam, inaequales addidit, locos modo accurate modo neglegenter indicans et auctores complures modo adhibens modo tacens.

Qua de causa haec quoque augenda et retractanda mihi erant.

b **1886.** Theodorus Bergk nonnullas observationes criticas ad capitula 37 et 39 pertinentes conscripsit, impressas in libro, qui inscriptus est: Kleine philologische Schriften, herausgegeben von Rud. Peppmüller II 1886 p. 308/309. quae in commentario his capitibus adiecto tractabuntur.

Denuo haec mirabilia editurus textum purum, quoad fieri possit, constituere, varias lectiones graviores addere, aliorum auctorum locos, quos novi, omnes accurate enumeratos adicere mihi proposui[1]).

In capitibus disiungendis dissentiunt et codicum scriptores et qui libellum Sotionis personati ediderunt. nam quae auctor narrat de lacu Cutiliensi (37 fin.) et de lacu Cimino (41 fin.) codicum scriptores ut propria capita perscripserunt, Westermannus autem et Landius eum secutus cum capitibus 37 et 41 iunxerunt, Idelerus autem, cum Cimini lacus fabulam a Sabatini separasset, 44 capita confecit. sed quamquam codicum scriptores 45 capita scripserunt, neque librarios illos neque editores sequendum videtur.

Nam quae de lacu Benaco, Vadimonis, Cutiliensi narrantur ver-

---

1) omisi eorum, quos enumeravi supra p. 17 inter Latine scribentes III.

bis μὲν et δὲ iuncta esse apparet[1]) et similiter narrationes de lacubus Sabatino et Cimino iunctae sunt. incertum autem est, num eodem modo 13/14 et 15/16 iuncta auctor composuerit.

Sed cum haec non omnia certa sunt tum recentiores numeris Westermannianis capita illa laudare solent, qua de causa capita iis instruxi.

De Westermanni cap. 44 cf. p. 162/3.

---

1) v. p. 44/5.

Conspectus siglorum.

Liber primarius.

F = cod. Florentinus bibl. Laurentianae gr. LVI, 1. sc. XIII/XIV.

Libri secundarii.

V = cod. Venetus bibl. Marcianae gr. 414. sc. XV.
U = cod. Urbinas bibl. Vaticanae gr. 107. sc. XV.
E = cod. Escorialensis gr. T I 12. sc. XVI.

L = cod. Lugdunensis bibl. Publicae lat. 875. sc. XVIII.
B = cod. Holstenii bibl. Barberinae nro.? sc. XVII.

Libri impressi.

editiones a. Stephani 1557 (cum Aristotelis scriptis quibusdam).
s. Sylburgii 1587 (cum multis scriptis Aristotelicis).
w. Westermanni 1839 (cum ceteris rerum mirabilium scriptoribus).
i. Ideleri 1841 (cum physicorum et medicorum Graecorum libellis).
l. Landii 1895 (omnia opuscula Florentina).

observationes b. Bergkius 1886 (observationes criticae).

Κρῆναι καὶ λίμναι· καὶ πηγαί· καὶ ποταμοί, ὅσοι θαυμάσιά τινα ἐν αὐτοῖς ἔχουσιν. F 11r 2. V 133r 1. U 134r 1. E 144r 2.

In F et E ornamentum primam paginae lineam replet inscriptioni praepositum. F 11r 1. E 144r 1.

In edd. praeter l praemissa est alia inscriptio falso adiecta, deprompta e Phot. cod. 189: (ἐκ τῶν Σωτίωνος) τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων. — interpunctiones et accentuum notae fere omnes secundum codicem Florentinum ponuntur. — αὐτοῖς codd. edd., αὑτοῖς l.

In apparatu **primo** omissa sunt, quae leguntur apud auctores enumeratos p. 17 III. Litteris crassioribus significantur, qui loci cum PF artissime cohaerent.

1. κρήνη ἐν Ποτνίαις περὶ Θήβας, ἐξ ἧς οἱ ἵπποι πίνοντες μαίνονται· ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος ἐν δευτέρωι ἀπίστων:

2. κρήνη ἐν Κλαζομεναῖς· ἀφ' ἧς τὰ θρέμματα πίνοντα, τὴν ἐρέαν χρωματίνην ποιεῖ· ὡς ἱστορεῖ ὁ προειρημένος Ἰσίγονος:

3. κρήνη ἐν Ἰνδοῖς· ἣ τοὺς κολυμβῶντας ἐπὶ τὴν γῆν ἐκβάλλει ὡς ἀπ' ὀργάνου· ὡς ἱστορεῖ Κτησίας:

4. ἐν Κρήτηι ὀχετὸς ὕδατός ἐστιν· ὃν οἱ διαβαίνοντες ὕοντος τοῦ Διὸς, ἄβροχοι διαβαίνουσιν ἐφ' ὅσον ἐν τῶι ὀχετῶι εἰσιν:

5. ἐν Πέρσαις φασὶν Ἀλεξάνδρωι φανῆναι κρήνην ἐλαίου πληρουμένην αὐτομάτως:

6. παρὰ Κιλικίαι φασὶν ὕδατος εἶναί τι σύστημα· ἐν ὧι τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἐμβραχέντα ἀναζῆν:

7. ἐν τῆι ἐπὶ Συρακουσῶν ὁδῶι, κρήνη ἐστὶν οὐ μεγάλη· οὐδὲ ὕδωρ πολὺ ἔχουσα· ὄχλου δὲ ἐπελθόντος εἰς τὸν τόπον καὶ ψόφου γινομένου, παρέχει ὕδωρ ἄφθονον ὥς φησιν Ἀριστοτέλης:

8. κρήνη ἐν Παλικοῖς· ἥτις εἰς ὕψος ἀναρριπτεῖ τὸ ὕδωρ πήχεων ἕξ· ἔμφασιν ποιοῦσα μέλλειν κατακλύζειν τοὺς ὑποκειμένους τόπους· καθόλου δὲ οὐχ ὑπερεκχεῖται οὐδέν· ἐπὶ ταύτης οἱ ἐπιχώριοι, τοὺς ὑπὲρ τῶν μεγίστων ὅρκους ποιοῦνται ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος ἐν δευτέρωι ἀπίστων:

---

1. Ael. π. ζ. XV 25. Strab. IX 2, 24 C 408/9. Intpol. Serv. in Vg. georg. III 268. Paus. IX 8, 2. 2. Vitr. VIII 3, 14. — Tzetz. hist. I 468/9. 3. Ctes. > Call. > Antig. 150. **Ctes. ap. Phot.** bibl. 72 p. 49. PV. 35. D. Chr. XXXV 20 p. 337 (A I). 4. Eudox. > Call. > **Antig. 163.** Thphr. h. pl. I 9, 5. Va. r. r. I 7, 6. Plin. n. h. XII 11. 5. Ath. II 17, 42 f. Plut. Alx. 57 fin. Strab. XI 11, 5 C 518. Curt. Ruf. HA. VII 10, 13. 14. 6. **MA. 29.** Paul. Sil. th. P. 60/1. 7. **MA. 56.** Paul. Sil. th. P. 104—107. 8. Macr. Sat. V 19, 15 sqq. **MA. 57** (> St. Byz. s. v. Παλική) **Diod. XI 89.** Strab. VI 2, 9 C 275. — Hippo Rheg. > Antig. 121 (133). — Ov. met. V 405/6, ex Ponto II 10, 25/6. Sil. It. XIV 218—220. Firm. Mat. mathes. I praef. 4. — Hesych. *Π* 176 > Ps.-Phav. lex. 1414, 39 sqq. (ed. Basil. 1538

---

1 $\overset{ε'}{π}$ F παρὰ VUE 3 κλαζομέναις F 4 ⟨χρυσο⟩χρωματίνην l secundum Rosium χρϋμ-E 11 Κιλικίαν VUE Σικελίαν i corr. συστρεμμάτιον corr. i πεπιγμένα E 12 ἀλόγων codd. a s w, f. ἄλλων v. λοιπῶν w, corr. λοιπῶν i, emend. ἄλλων l **13** συρρακ. F οὐ μεγ. ἐστ. edd. praet. l 16 παλίκοις codd. ἀναρρίπτει w πηχέων F 19 ἱστορεῖ om. i

9. περὶ Σκότουσαν τῆς Θεσσαλίας κρηνίδιόν ἐστι μικρόν· ὃ τὰ ἕλκη πάντα θεραπεύει καὶ τῶν ἀλόγων ζώων· εἰς ὃ ἐάν τις ξύλον μὴ λίαν συντρίψας ἀλλὰ σχίσας ἐμβάληι, ἀποκαθίσταται· οὕτως κολλῶδες ἔχει τὸ ὕδωρ ὥς φησιν Ἰσίγονος:

10. ἐν Λουσίοις τῆς Ἀρκαδίας φησὶν Ἀριστοτέλης κρήνην τινὰ εἶναι. ἐν ἧι μῦς χερσαίους γίνεσθαι· καὶ τούτους κολυμβᾶν ἐν ἐκείνηι τὴν δίαιταν ποιουμένους:

E 144v 11. φησὶν Ἰσίγονος ἐν Ἀθαμᾶσι κρήνην εἶναι· ἧς τὸ μὲν ὕδωρ ψυ-
U 134v χρὸν ὑπάρχειν· | τὸ δ' ὑπὲρ αὐτὸ οὕτως θερμὸν ὑπάρχειν, ὥστε ἄν τις
V 133v ὑπερθῆι φρύ|γανα, παραχρῆμα ἐξάπτεσθαι:

12. παρὰ Κλειτορίοις ὁ αὐτός φησιν εἶναι κρήνην· ἧς ὅταν τις τοῦ ὕδατος πίηι, τοῦ οἴνου τὴν ὀσμὴν οὐ φέρει:

13. ὁ αὐτός φησιν ἐν Ἰταλίαι ἐν τῶι Ῥεατίνωι ἀγρῶι κρήνην εἶναι Μέντην ὀνομαζομένην ὁμοίαν τῆι προειρημένηι:

14. ὁμοίως ἐγγὺς Κόσης ἔστι κρήνη· εἰς ἣν ἐὰν θῆις κεράμιον οἴνου γέμον, ὥστε ὑπερχεῖν τὸ στόμα, παντὸς ὄξους εἶναι δριμύτερον παραχρῆμα ὡς ἱστορεῖ ὁ αὐτός:

15. Θεόπομπος ἱστορεῖ κρήνην ἐν Χρωψὶ τῆς Θράικης· ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραχρῆμα μεταλλάσσειν:

---

fol.). Theognost. Canon. ap. Cramer., Anecd. Oxon. II p. 60, 4. — Aesch. fr. 6. Verg. Aen. IX 581—585. Serv. et Schol. Dan. ad Verg. Aen. IX 584. Mythogr. Vatic. I 190, II 45. Comm. in Stat. Theb. XII 156. — Lyc. Rheg. > Call. > Antig. 159. Lyc. Rheg. ap. Plin. n. h. XXXI 27. Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 29 p. 334 Dbg. Ps.-Gal., de bon. aq. 76 A (1550). Vib. Seq. 152, 9. — Phanias > Call. > Antig. 155. — Paus. III 23, 9 (cf. Schubart, ZfA. 40, 1851, 295 sqq.). — Ach. Tat. II 14 (cf. Goettling. ap. Jacobs. ed. Ach. Tat. p. 534). Paul. Sil. th. P. 157—160. cf. p. 53. **9**. Theop. > Call. > Antig. 142. Theopp. > Plin. n. h. XXXI 17. **MA. 117**. Paul. Sil. th. P. 87—90. **10**. Theop. > Call. > Antig. 137. **MA. 125**. Thphr. > Plin. n. h. XXXI 14. **11**. Eudox. > Call. > **Antig. 148**. Ov. met. XV 311/12. Plin. n. h. II 228. Vib. 153, 14. narr. fab. 15, 16. — Strab. VII 5, 8 C 316. Theop. > Plin. n. h. II 237. 240. L. Ampel. lib. mem. VIII 1. Cass. Dion. XLI 45, 2. 3. Plut. Sulla 27. MA. 36. 127. Ael. v. h. XIII 16. Vitr. VIII 3, 8. Diosc. mat. med. I 73, 1. Plin. n. h. XXIV 41. XXXV 178. Gal. simpl. med. temp. ac fac. XI 2, 9. (enumerata sunt e rerum cognatione). **12**. Phylarch. ap. Ath. II 19, 43 f. Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 35 p. 335 Dbg. Eudox. ap. St. Byz. s. v. Ἀζανία. — PP. 5. EG. 328, 20. 25–27. EM. 519, 50—54. Ps.-Phav. 1068, 21/22 (1538). Paul. Sil. th. P. 62/3. — Vitr. VIII 3, 21. Ov. met. XV 322–328. narr. fab. 15, 21. Vib. Seq. 152, 20. — Eudox. ap. Plin. n. h. XXXI 16. Isid. orig. XIII 13, 2. Hrab. Maur. de univ. XI 1, 309 B. **13**. cf. Plin. n. h. II 230. **15**. MA. 121. Theop.

---

1 corr. Σκοτοῦσσαν i   Θεσσαλίας] ι e corr. F   2 καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ male coni. 1   3 οὕτω VUE   5 Λουσοῖς s w   8 ἀθάμασι codd.   9 οὕτω a s w i   10 πε χρῆμα F   11 κλειτοδωρίοις codd.   12 ἱερατίνωι codd. Ῥεατινῶι a w   15 ἐστὶ edd.   16 ὑπερχεῖν codd. a i s ὑπερέχειν w ὑπερσχεῖν 1   19 μεταχρῆμα VUE, μετα — VU

16. Ἑλλάνικός φησι παρὰ Μαγνησίαν τὴν ἐπὶ Σιπύλου πηγὴν εἶναι ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας τὰς κοιλίας ἀπολιθοῦσθαι:

17. Κτησίας δὲ ἐν Αἰθιοπίαι κρήνην ἱστορεῖ τῶι χρώματι | κιννάβαρι παραπλησίαν· τοὺς δὲ πίνοντας ἀπ' αὐτῆς παραλλάττειν τὴν διάνοιαν· ὥστε καὶ τὰ κρυφίως πεπραγμένα ὁμολογεῖν: F 11v

18. ἐν Ἀραβίαι ἔστιν Ἴσιδος κρήνη· ἥτις κοτύλης οἴνου ἐμβληθείσης κιρνᾶται· καὶ πρὸς τὴν πόσιν εὔκρατος γίνεται· ὥς φησιν Ἀμώμητος:

19. Ἀριστοτέλης Ἄμμωνος κρήνην εἶναί φησιν· ἧς τὸ ὕδωρ μεσημβρίας καὶ μεσονύκτου γίνεσθαι θερμόν· ὂν φύσει ψυχρότατον:

20. Θεόπομπος ἐν Λυγκήστωι φησὶ πηγὴν εἶναι· τῆι μὲν γεύσει ὀξίζουσαν· τοὺς δὲ πίνοντας μεθύσκεσθαι ὡς ἀπὸ οἴνου:

21. ἐν Συκαμίναις πόλει· λίμνη ἐστίν· ἧς τῶι ὕδατι οἱ λουσάμενοι ἢ πιόντες ἀπ' αὐτοῦ, μαδῶσι τὰς τρίχας· τῶν δὲ ἀλόγων ζώων αἱ ὁπλαὶ ἀποπίπτουσιν· ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος:

22. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς λίμνην ἐν Σαυρομάταις φησὶν εἶναι περὶ ἣν τὰ πετασθέντα τῶν ὀρνέων εἰς αὐτὴν πίπτειν:

> Call. > Antig. 141. Vitr. VIII 3, 15. Theop. ap. Plin. n. h. XXXI 27. Theop. ap. PV. 39. Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 29. p. 334 Dbg. **17**. Ctes. > Call. > **Antig. 145. Diod. II 14, 4.** Ov. met. XV 319—324. Vib. Seq. 153, 15/6. narr. fab. 15, 20. Sen. n. q. III 20, 5. Ctes. ap. Plin. n. h. XXXI 9. Isid. orig. XIII 13, 4. Hrab. Maur. de univ. XI, 1, 309 B fin. Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 32 p. 334/5 Dbg. Ps.-Galen., de bon. aq. 76 A. — Ctes. > Erat. > Artemid. > Strab. XVI 4, 20 C 779. — Va. ap. Sol. 33, 1. M. Cap. VI 677. Anon. Leid. II 3 p. 68, 6—8. **18**. Amom. > Call. > **Antig. 149.** **19**. Aristot. > Call. > **Antig. 144**. — Hdt. IV 181. Lucret. VI 841—871. Diod. XVII 50, 4. 5. Mela I 39. Ov. met. XV 308—310. Vib. Seq. 153, 12/3. narr. fab. 15, 15. Plin. n. h. II 228. Schol. Bern. in Luc. III 332. Sil. It. III 666—672. Curt. Ruf. HA. IV 7, 22. Arr. Alx. anab. III 4, 2. Ps.-Eudocia, Viol. 75. — Plin. n. h. II 228 (de Trogodytis). Paul. Sil. th. P. 79—82. — Juba ap. Plin. n. h. XXXI 18 > Isid. orig. XIII 13, 9 > Hrab. Maur., de univ. XI 1, 309 D. — Sol. 27, 45/6. > Isid. orig. XIII 13, 8 > Hrab. Maur. de univ. XI 1, 309 CD. **20**. Arist. meteor. II 3 p. 359 b 17. Theop. > Call. > Antig. 164. Vitr. VIII 3, 17/8. Sen. n. q. III 20, 5/6. Ov. met. XV 329—331. Vib. Seq. 149; 16. narr. fab. 15, 22. Theop. ap. Plin. n. h. XXXI 16. Plin. n. h. II 230. Theop. > Ath. II 18, 43 d. Tert. de an. 50. adv. Val. 15. Val. Max. I, VIII Ext. 18 fin. Theop. ap. PV. 13. PV. 23. Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 35 p. 335 D. **22**. Her. > Call. > Antig. 152. Her. ap. PV. 14. Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 29 p. 334 Dbg.

---

§ 28. Auctorem libelli Florentini e fonte hausisse cum Plutarchi fonte quasi cognato veri simillimum videtur, cum narratione brevissima Florentina eandem rem significari, quam a Plutarcho et Strabone dubium non esse videatur. et dativum Ἀλεξάνδρωι ethicum hoc fortasse licet illustrare loco e Curtii Rufi historia Alexandri (VII 10, 13/14) descripto:

Ad flumen Oxum perventum est. hic quia limum vehit, turbidus semper, insalubris est potui. itaque puteos miles coeperat fodere, nec tamen humo alte egesta existebat humor. tandem in ipso tabernaculo regis conspectus est fons: quem, quia tarde notaverant, subito extitisse finxerunt, rexque ipse credi voluit, deum donum id fuisse.

Nam a verisimili non videtur abhorrere olei illum fontem hoc loco esse intellegendum vel auctorem scriptoris Florentini, quae de

fonte olei et de hoc fonte quasi subito emergente legisset, confusa conscripsisse ita, ut voce αὐτομάτως hoc miraculum significari videatur.

Sed qui rerum Alexandri scriptor haec primus narraverit, neque § 29. ex his locis perspici potest, neque collato alio ab opusculi Florentini editoribus prioribus solo adhibito Athenaei:

II 17, p. 42 f.: *καὶ παρ' ἄλλους δ' εἰσὶ (sc. κρῆναι) λίπος ἔχουσαι τοιοῦτον, ὡς ἡ ἐν Ἀσίαι, ὑπὲρ ἧς Ἀλέξανδρος ἐπέστειλεν ὡς ἐλαίου κρήνην εὑρηκώς.*

Quam Alexandri epistulam spuriam esse puto et, vocibusne φασίν, λέγουσι Alexandri epistula significata sit, valde dubito. quo fit, ut narrationis illius auctorem nesciamus, nam Theophrastum quoque auctorem fuisse non est verisimile, cum hoc Athenaei dipnosophistarum caput ei non deberi videatur. v. p. 6 a. 4.

Sed etiam quod Isigonum communem libelli Florentini et Athenaei fontem fuisse existimemus, non habemus, nam primum Athenaeus Alexandrum auctorem appellat, Florentinus autem ut Strabo auctorem tacet verbis φασί et λέγουσι memoratum, deinde rebus quoque Florentinus cum Athenaeo non magis consentit quam cum Plutarcho et Strabone, denique auctor Florentinus omnium ab Athenaeo enumeratorum mirabilium unicum tantum (praeter hunc) Mytistrati fontem memorat, qua in re tradenda alium eum secutum esse auctorem infra demonstrabitur. v. p. 102/3 § 122/3. sed utrum auctor Florentinus de Alexandri fonte commemorans Isigono usus sit annon, non liquet. § 30.

Alium olei fontem ἐν Κυωνίων χώραι erumpentem memorat § 31. Ctesias (fr. 87 p. 105 M.), alium Lyc. ap. Plin. n. h. XXXI 17: *Indis Oratis fontem esse, cuius aqua lucernae luceant; idem Ecbatanis traditur.* de olei fluminibus Indicis v. D. Chr. or. XXXV 18 p. 336 (Arnim I). porro tradit Herodotus VI 119, 1—3 de puteo in Cissia regione: *παρέχεται τριφασίας ἰδέας· καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρύσσονται ἐξ αὐτοῦ* . . . . . (fluxerunt inde Philostr. V. A. I 23. Prisc. Lyd. sol. ad Chosr. VI 76, 16—20 B.). lacus oleum emittentes sunt apud Mytistratum (v. p. 100/1 § 117) et in India (Ctes. > Call. > Antig. 150 = Vitr. VIII 3, 8).

Capita 6—10. Textum et locos ‚parallelos‘ v. p. 66—69. § 32.

Transeo ad singula capita.

PF. 6 (de fonte **Cilicio**) e fonte capitis 29 mirabilium aus- ad **PF. 6.** cultationum depromptum esse videtur, Isigono [1]) intercedente, cui § 33.

8 perg. p. 68.

1) cf. Phil. Unters. XIII 85.

ad PF. 6—10. § 32. Capita 6—10 cum mirabilibus auscultationibus artissime cohaerentia sub hoc conspectu iuncta sunt:

MA. 29. περὶ Κιλικίαν δέ φασιν εἶναι ὕδατος συστρεμμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, ὅταν ἀποβαφῆι, πάλιν ἀναβιοῖ.

PF. 6. παρὰ Κιλικίαι φασὶν ὕδατος εἶναί τι σύστημα, ἐν ὧι τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἐμβραχέντα ἀναζῆν.

56. καὶ διότι ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι οὔτε μεγάλη, οὔτε ὕδωρ ἔχουσα πολύ· συναπαντήσαντος δ' εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον.

7. ἐν τῆι ἐπὶ Συρακουσῶν ὁδῶι κρήνη ἐστὶν οὐ μεγάλη· οὐδὲ ὕδωρ πολὺ ἔχουσα· ὄχλου δὲ ἐπελθόντος εἰς τὸν τόπον καὶ ψόφου γινομένου, παρέχει ὕδωρ ἄφθονον, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης.

57. ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος (?)· αὕτη δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον· καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ καθίσταται.

8. κρήνη ἐν Παλικοῖς· ἥτις εἰς ὕψος ἀναρριπτεῖ τὸ ὕδωρ πήχεων ἕξ· ἔμφασιν ποιοῦσα μέλλειν κατακλύζειν τοὺς ὑποκειμένους τόπους· καθόλου δὲ οὐχ ὑπερεκχεῖται οὐδέν· ἐπὶ ταύτης οἱ ἐπιχώριοι τοὺς ὑπὲρ τῶν μεγίστων ὅρκους ποιοῦνται, ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος ἐν δευτέρωι ἀπίστων.

MA. 117. ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρόν, ἐξ οὗ ῥεῖ τοιοῦτον ὕδωρ, ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων, ἐὰν δέ τις ξύλον μὴ παντάπασι συντρίψας ἀλλὰ σχίσας ἐμβάληι, συμφύεται καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ καθίσταται.

PF. 9. περὶ Σκότουσαν τῆς Θεσσαλίας κρηνίδιόν ἐστι μικρόν· ὃ τὰ ἕλκη πάντα θεραπεύει καὶ τῶν ἀλόγων ζώων· εἰς ὃ ἐάν τις ξύλον μὴ λίαν συντρίψας ἀλλὰ σχίσας ἐμβάληι, ἀποκαθίσταται· οὕτως κολλῶδες ἔχει τὸ ὕδωρ ὥς φησιν Ἰσίγονος.

perg. p. 68.

(6) Traduntur autem de his rebus ab aliis auctoribus similia haec: ad PF. 6—10. § 32.

Paul. Sil. de therm. Pyth. 60/61.

καί που τροχάζει νᾶμα
πτηνῶν ἄκος νοσούντων.

(7) Paul. Sil. de therm. Pyth. 108—111.

ἄλλην λέγουσι κρήνην
βραχὺ βρύουσαν ὕδωρ
ἥτις παρόντος ὄχλου
πλείω δίδουσι ῥεῖθρα.

(8) pergit mirabilium auscultationum auctor:

ἔστι δὲ καὶ ὅρκος, ὃς ἅγιος αὐτόθι δοκεῖ εἶναι· ὅσα γὰρ ὄμνυσί τις γράψας εἰς πινακίδιον ἐμβάλλει εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῆι, ἐπιπολάζει τὸ πινακίδιον· ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῆι, τὸ μὲν πινακίδιον βαρὺ γενόμενον ἀφανίζεσθαί φασι τὸν δ' ἄνθρωπον πίμπρασθαι. διὸ δὴ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύας ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερόν.

e Diodori descriptione huc pertinent haec: XI 89:

3. ἔμφασιν μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀναβαλλόμενον ὕδωρ ὡς ὑπάρχει διάπυρον . . . . . 5. τοιαύτης δὲ θεοπρεπείας οὔσης περὶ τὸ τέμενος οἱ μέγιστοι τῶν ὅρκων ἐνταῦθα συντελοῦνται, καὶ τοῖς ἐπιορκήσασι συντόμως ἡ τοῦ δαιμονίου κόλασις ἀκολουθεῖ, τινὲς γὰρ τῆς ὁράσεως στερηθέντες τὴν ἐκ τοῦ τεμένους ἄφοδον ποιοῦνται.

Polemo ap. Macrob. saturn. V 19, 28.

post craterum descriptionem his verbis pergit: ὅρκος δέ ἐστιν τοῖς Σικελιώταις μέγιστος καθηραμένων προκληθέντων.

(9) Theopomp. > Callim. > Antig. 142.

ἐν Σκοτούσσηι δ' εἶναι κρηνίδιον οὐ μόνον ἀνθρώπων ἕλκη ἀλλὰ καὶ βοσκημάτων ὑγιάζειν δυνάμενον. κἂν ξύλον δὲ σχίσας ἢ θραύσας ἐμβάλῃς, συμφύειν.

Plin. n. h. XXXI 17.

Theopompus in Scotusaeis lacum esse dicit, qui volneribus medetur.

Paul. Sil., therm. Pyth. 87—90.

ἄλλος δὲ ῥοῦς μικρός σοι
ὃς σωμάτων τὰς θλάσεις
ὀστῶν δὲ τὰς κατάξεις
σφίγγει τρέφει πιαίνει.

perg. p. 69.

§ 32. MA. 125 = Aristoph. Hist. an. epit. p. 109 (Suppl. Arist. 1, 1) ἐν Λουσοῖς τῆς Ἀρκαδίας κρήνην εἶναί τινά φασιν ἐν ἧι χερσαῖοι μύες γίνονται καὶ κολυμβῶσι τὴν δίαιταν ἐν ἐκείνηι ποιούμενοι. λέγεται δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν Λαμψάκωι εἶναι.	PF. 10. ἐν Λουσίοις τῆς Ἀρκαδίας φησὶν Ἀριστοτέλης κρήνην τινὰ εἶναι· ἐν ἧι μῦς χερσαίους γίνεσθαι· καὶ τούτους κολυμβᾶν ἐν ἐκείνηι τὴν δίαιταν ποιουμένους:

§ 33. et 9 deberi auctor indicavit. PF. 6 et MA. 29 paene omnibus congruunt, etiam voce φασίν auctorem indicantes et simul tacentes. nam quis sit, nemo adhuc perspexit. recte Geffcken (88) cum 53—57 cohaerere MA. 29 intellexit, sed nihil inde colligere licet. Theophrasto vel Aristoteli hoc deberi existimant Schrader 217 sqq., Rose A.P. 280/281. Müllenhoff I² 427, Günther. sed cum, ut PF. 6 et MA. 29 ex eodem fonte descriptum esse existimemus, nulla re impediamur, haec diutius non persequor.

Pauli Silentiarii versus ad eandem rem videntur pertinere, cum de eiusdem generis aqua alia nemo commemoraverit; sed ex ipsius verbis nihil concludi potest.

ad PF. 7. Plane eadem ratione intercedente, qua PF. 6 cum MA. 29,
§ 34. etiam PF. 7 (de **Syracusarum** fonte) et MA. 56 inter se cohaerent. Rose et Schrader Isigono intercedente hanc narratiunculam deberi mirabilibus auscultationibus censuerunt. sed e communi fonte eos hausisse veri similius est, qui Aristoteli ascriptus fuisse videtur. cf. quae de sermone disputavi p. 138 ἐπῆλθον. 148 ψόφος.

Rose rerum aliquem scriptorem eam narratiunculam mirabilium auscultationum auctori obtulisse contendit, adductus fortasse aoristo παρέσχεν. Müllenhoff autem historica ibi non esse ratus Phaniam auctorem fuisse putat. sed cum neuter argumenta attulerit et de Phania quasi aquarum mirabilium scriptore inter auctores antiquos nemo commemoraverit, in medio haec relinquo.

Pauli autem Silentiarii verbis quoque demonstratur eandem rem eum descripsisse, cf. Paul. Sil. ed. Lessing XIII p. 220 (Grosse ap. Hempel).

§ 35. Similem fontem et ipsum in Sicilia erupisse narrat Sol. 5, 20 (= Prisc. perieg. 499—501. Anon. Leid. I 9 p. 24, 24—25, 2): *In Halesina regione fons alias quietus et tranquillus, cum siletur; si insonent tibiae, exultabundus ad cantus elevatur et, quasi miretur vocis dulcedinem, ultra margines intumescit.*

cf. fontem Mytistrati p. 100/101 MA. 113/4.

Hofmann (III 15, App. 57 p. 50/1) nonnullas occasione data

(10) Callim. > Antig. 137 (152). § 32.

. . . . τὴν δ' ἐν Λουσοῖς κρήνην, καθάπερ παρὰ τοῖς Λαμψακηνοῖς ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς ὁμοίους τοῖς κατοικιδίοις, ἱστορεῖν δὲ ταῦτα Θεόπομπον.

Plin. n. h. XXXI 14.

Theophrastus . . . ., idem . . . . dicit . . . . in Lusis Arcadiae quodam fonte mures terrestres vivere et conversari.

---

crescentes aquas enumeravit, eos quidem de quibus modo commemo- § 35. ravi tacens, addens autem Arethusam in agro Scyllatino Bruttiorum profluentem, quam eiusdem generis fuisse cuius Syracusanum fontem e Cassiodori verbis (var. VIII ep. 32) cognoscitur. contra a PV. 21 traditum est Taurom enium fluvium, si tonuerit, sub terram se mergere, quod a nullo alio auctore relatum esse neminem puto mirari.

Cum PF. 6 et 7 cum MA. 29 et 56 artissime cohaerere con- **ad PF. 8.** stet, mirum non est, quod etiam initium capitis octavi capitis 57 **§ 36.** mirab. ausc. simillimum est, cum apud utrumque auctorem haec capita coniuncta sint. sed ad finem capitis 8, quo de **Palicis** agitur, ratione mirabilibus auscultationibus dissimili rem descripsit auctor Florentinus secutus videlicet auctorem Diodori, quem partim Polemone partim aliis scriptoribus usum esse veri simile est. Florentini autem libelli auctor Isigono se esse usum refert. quem e mirabilium auscultationum Diodorique fonte communi hausisse a vero abhorret, cum et mirabilibus auscultationibus et a Diodoro res copiosissime descripta sit verbis minime congruentibus. quae cum ita sint, et hinc et illinc nonnulla ab Isigono deprompta esse existimandum est, ea de causa auctorum ab Aristotele personato et Diodoro adhibitorum nominibus omissis, quo factum est, ut auctor Florentinus ipsius Isigoni nomen adiceret.

Eudoxum et Phaniam Müllenhoff, Theophrastum Günther exis- § 37. timaverunt hanc narrationem mirabilium auscultationum auctori obtulisse. sed cum neque Eudoxi neque Theophrasti nomine addito quisquam de hac re commemoraverit a plerisque tractata, veri simile esse non videtur illos de hac re scripsisse. quae autem Phanias (ap. Call. > Antig. 155) de Palicis rettulit, ex iis rem a Sotione personato relatam ab illo descriptam esse non oportet concludere. Timaeo autem usum esse Diodorum censuerunt Volquardsen (Untersuchungen über die Quellen der griechischen und sizilischen Geschichten bei Diodor XI—XVI. Kiel 1868 p. 83.) et Geffcken (Ph. U. XIII p. 117.), quod veri similius esse videtur, cum e rerum

Siciliae scriptoris libris haec deprompta esse videantur, Calliam autem et Polemonem plane diversis verbis rem descripsisse Macrobius tradat. sed ne hoc quidem certum est.

§ 38. Multos illos locos, quibus alii auctores modo similia modo diversa de mirabilibus Palicorum fontibus narraverunt, apparatu textui subiuncto enumeravi. verbis autem minime cum Sotionis personati narratione illa congruunt, qua de causa verbotenus ea describere inutile est. videntur vero nonnulli rerum Sicularum scriptores sicut Callias, Polemo, Xenagoras (ap. Macr. V 19, 30), Lycus, Phanias (ap. Call. > Antig. 121 [1]). 155) de Palicis commemorasse alii aliorum narrationibus non usi, quo factum est, ut minime auctores ceteri de hac re tradentes inter se consentiant. rebus, non verbis, cum mirabilium auscultationum, Sotionis personati, Diodori narrationibus artius cohaerent, quae leguntur apud Polemonem (ap. Macr. V 19, 26—29). et Strabonem (VI 2, 9 C 275) qui haec scripsit: οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχόμενον μυχόν.

§ 39. De Palicis et dis et crateribus recentiores auctores permulti scripserunt, quorum eos tantum enumero, qui copiosius accuratius diligentiusque rem tractaverunt:

Lorenzo Coco-Grasso, riflessioni storicho-critiche sopra l'antico lago dei Palici. Palermo 1843.

(cuius libri unum tantum exemplum in bibliothecis Germanicis asservatum esse videtur: scil. in bibliotheca magni ducis Hassorum Darmstadensis notatum K 3227. 8°.)

G. Michaelis, Die Paliken, Programm des Vitzthumschen Gymnasiums. Dresden 1856. Bloch, Roschers Mythol. Lex. III 1 (1897—1902), 1281—1295. E. A. Freeman, Geschichte Siziliens, deutsch von Lupus I 1895 p. 141 sqq. p. 464 sqq.

Qui etiam de ceteris commemoraverunt et aquas mirabiles et earum religionem tractantibus auctoribus recentioribus.

§ 40. Tradunt autem veteres etiam de aliis aquis, quas periuris putaverunt nocere:

Sicut de aqua Διὸς ὁρκίου vocata Ἀσβαμαίῳ profluente apud Tyana urbem (Philostr. V. A. I 6 = MA. 152, cf. Amm. Marc. XXIII 6, 19), quae Palicorum crateribus similis fuisse videtur. deinde legitur ap. Plin. n. h. XXXI 23 de Alce flumine Bithyniae simile aliquid. denique Philostratus (V. A. III 14) de puteo quodam memorat Indorum, quem vocat ὅρκιον.

De quo aquarum genere cf. Rud. Hirzel, Der Eid (1902) cap.

1) cf. Landi, quaestt. 69.

20, p. 183 sqq. Hofmann autem (I/II 66) eas aquas nominat ‚*Eidbrunnen*' et cum aliis confundit, de quibus disserendum est p. 86 § 80.

Paulus Silentiarius, sicut de fonte Ciliciae et Syracusano etiam de **Scotusaeo** memorat, sed verba adeo torquet, ut ligna mirabili modo affici plane omittat. **PF. 9. § 41.**

E Theopompo hanc narrationem depromptam esse ex Antigono (Callimachum adhibente) cognoscitur. sed quis et mirabilium auscultationum auctori et Plinio hoc Theopompeum obtulerit, non potest perspici [1]). Isigonum enim Plinii fontem fuisse a vero abhorrere videtur, cum Isigoni verba a Sotione personato tradita cum Plinii parum congruant. Varronem autem Rusch (39) iure videtur putasse Plinii auctorem fuisse, sed Isigonum Varro non adhibuit. v. p. 160.

Hoc autem fere modo auctores inter se cohaerere existimo:



cf. Münzer 160. Christ-Schmid[6] I 531, 8.

Eandem autem vim aquae lacus Vadimonis inesse narrat Plin. ep. VIII 20, 4 (*vis qua fracta solidantur*) et Solinus 4, 6 (> Anon. Leid. I 10 p. 28, 19—26) aquis calidis Sardiniae, nisi hoc loco eius verba intelligenda sunt quasi generaliter de aquarum natura disserentis. **§ 42.**

Sotio personatus etiam hanc narrationem fonti a mirabilium auscultationum auctore adhibito debere videtur, cum paene verbotenus eadem quae ille referat [2]), cuius fontis Aristotelem esse auctorem creditum esse testatur PF. et e Callimachi Antigonique narratione cognoscitur de fonte **Lusiorum** et Lampsaceno tradidisse Theopompum, quem etiam a mirabilium auscultationum auctore alio fortasse intercedente adhibitum esse verisimile est. Plinius autem Theophrasti nomen adiciens alium se secutum esse auctorem quam ceteros indicat. **PF. 10. § 43.**

Sed iurene Plinius Theophrasti nomen adiecit? Schraderum (226: **§ 44.**

1) etiam Rose, Schrader, Müllenhoff, Geffcken, Günther de hoc loco disputantes Theopompum solum auctorem fuisse existimant.

2) cf. Geffcken 85.

MA. 125 stammt aus Theopomp wie der Vergleich mit Ant. 137 und Plin. n. h. XXXI 14 zeigt) secuti Rose, Müllenhoff, Geffcken, Günther quasi de Theopompo locutum Plinium memorant. sed nomen a Plinio indicatum mihi non videtur mutandum esse. commemorat enim Schrader de alia narratione Theopompo debita: MA. 115 et Antig. 136 tradunt de Ponto flumine, quae e Theopompo sumpta esse censet, cum vox λέγεται et initio capitis 115 et in initio capitis 125 partis alterius (non ipsius capitis, ut memorat Schrader) adhibita sit, cap. 125 autem e Theopompo depromptum sit. recte eum haec disseruisse testatur PP. 19, quem ille postea editum non noverit. sed hac in re describenda Antigoni et mirabilium auscultationum verba artius inter se cohaerere videntur quam cum auctoris Palatini, quo adducor, ut illos alio ex fonte communi hausisse censeam. quem a Theophrasto pependisse a verisimili non videtur abhorrere.

Nam ratione quadam non casu apud Antigonum aliud post aliud perscriptum esse videtur. Theophrasto enim intercedente et Callimachum et mirabilium auscultationum auctorem de fonte Lusiorum commemorasse veri simile est. Callimachus autem Theopompi nomen e Theophrasto repetisse videtur, cui Antigoni cap. 137 et 142 debita esse puto. Plinius autem non Theophrasto ipso sed alio auctore intercedente usus esse videtur Theophrasti tantum nomen indicante. quo factum esse puto, ut et Plinius et auctor, quo Aristoteles personatus et Sotio personatus usi sunt, de muribus terrestribus, Callimachus autem (et Antigonus eum secutus) plerumque verba paululum mutare, pro communibus rariora interponere solens, de muribus ὁμοίοις τοῖς κατοικιδίοις tradat.

Quamquam Plinium saepe neglegentissime res descripsisse constat, tamen, cum hoc modo et Theophrasti et Theopompi memoriam recte servatam esse demonstrari posse videatur, Pliniana mutare recuso.

§ 45. Isigonum autem Plinii auctorem non fuisse apparet. nam cum PF. 6—9 Aristotelis personati auctori Isigono intercedente deberi verisimile esse demonstraverim, etiam PF. 10 eodem modo ad auctorem Florentinum pervenisse videtur. quae cum ita sint, hoc fere modo auctores inter se cohaerere videntur:



Callimachus autem fortasse Theopompum Theophrasto non intercedente adhibuit.

De aliis in aqua viventibus muribus commemorat Plin. n. h. II § 46.
227 fin.: *in Casinate fluvius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior aestate; in eo ut in Arcadia Stymphali nascuntur aquatiles musculi.*

Qui hoc loco alium Arcadiae fontem ac Lusiorum intellegere, videtur.

De **Athamanum** fonte haec traduntur: ad **PF. 11.**

Eudox.>Call.>Antig.148(163). . . . περὶ δὲ τὴν Ἀθαμανίαν ἱερὸν εἶναι νυμφῶν, ἐν ὧι τὴν κρήνην τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ἄφατον ὡς ψυχρόν, ὃ δ' ἂν ὑπερθῆις αὐτοῦ θερμαίνειν· ἐὰν δέ τις φρύγανον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων προσενέγκηι, μετὰ φλογὸς καίεσθαι.	PF. 11. § 47. φησὶν Ἰσίγονος ἐν Ἀθαμᾶσι κρήνην εἶναι· ἧς τὸ μὲν ὕδωρ ψυχρὸν ὑπάρχειν· τὸ δ' ὑπὲρ αὐτὸ οὕτως θερμὸν ὑπάρχειν, ὥστε ἄν τις ὑπερθῆι φρύγανα, παραχρῆμα ἐξάπτεσθαι.
Ovid. metam. XV 311/2. *admotis Athamanas aquis accendere lignum narratur, minimos cum luna recessit in orbes.*	Vib. Seq. 153, 14. *In Athamania lacus luna tenui ligna accendit.*
Plin. n. h. II 228. *In Illyricis supra fontem frigidum expansae vestes accenduntur.*	Lactant. pers. narr. fab. 15,16. *Athamanis Thessaliae regionis fonti lignum tenuata luna admotum accenditur.*

Isigonum apparet cum Antigono artissime cohaerere, cuius nar- § 48.
rationi nihil addidit. sed quamquam verba eius valde permutavit et parte aliqua inepta communis sermonis pro raris (v. ἄφατος p. 148, θερμαίνω p. 139) perscripsit, tamen in re tradenda adeo cum Antigono consentit — de luna quoque neuter commemorat —, ut eius historia mirabili usus esse videatur.

Quod autem attinet Eudoxi nomen ab ipso Isigono tacitum, licet commemorare de depravatione paene totius capitis, qua id quoque videtur effectum esse, quod auctoris nomen intercidit.

Indicavi p. 40 de hac re permulta commemorasse auctores, sed § 49.
cum Sotionis personati et Antigoni verbis ea tantum artius cohaerent, quae supra conscripsi. ceteri autem de Nymphaeo disseruerunt, ubi flamma e solo oriri putabatur (iuxta quam profluebat fons frigidus, de quo Antigonus, Ovidius quique eos secuti sunt, tradiderunt),

et de asphalto e terra emergente, pro Athamanis autem Apolloniae urbis nomen indicant.

Apparet ligna illa non a fontis aëre sed a flamma illa cremata esse; sed qui aquis mirabilibus conscribendis studerent, nec platanum ad fontem Cretensem stantem (v. p. 63/4) neque hanc flammam memoraverunt scilicet res a mirabilibus alienissimas, Eudoxus rem (sicut in PF. 4) accurate et diligenter enarrasse videtur. qua in re cum Neumann-Partsch (270, 1) consentio, dissentio autem ab Oberhummero (PW. II 1928) qui Athamanum aquam aliam esse putat atque Apolloniatem, quamquam nymphaeum illud, de quo a ceteris auctoribus memoratum est, fuisse apud fontem mirabilem a Sotione personato et Ovidio descriptum Eudoxum tradidisse testatur Antigonus.

Ubi enim Athamanes habitaverint, veteres auctores non omnes certo scivisse videntur. in Illyricorum autem regione, de qua Plinius (II 228) commemorat et Athamanes habitabant et Apollonia sita erat. cuius auctorem non Callimacho sed alio auctore Eudoxum adhibente usum esse verisimile est, non de lignis admotis sed de vestibus praecipue commemorante, quas Antigonus quoque verbis ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων (scil. ad exardescendum facilium) significasse videtur.

§ 50. Ovidius autem alio [1]) auctore usus esse videtur Callimachum secuto, quod cum Antigono consentit praeter lunae illam fabulam, quae unde hausta sit, non perspexi. sed similiter et ipse Ovidius S t y g i a e aquae vim minorem narrat (metam. XV 334):

nocte nocent potae, sine noxa luce bibuntur.

(de Styge vid. p. 53). K o r n et E h w a l d commentario Ovidio adiecto de hac re tacent (die Metamorph. des P. Ovidius Naso II[3] 1898, p. 351/2).

Vibius et Lactantius personatus communi fonte scil. commentario Ovidii metamorphosibus adiecto usi esse videntur sed inter Vibium et commentarii auctorem alius fortasse intercessit auctor, qui pro fonte lacum Athamanum memoravit.

§ 51. Quae parum perspexisse videtur Landi (quaestt. 77, 3) Plinii de fonte Illyrico narrationem ad Dodonaeum referens; etiam quae de Athamanum fonte sicut Lunae appellato disserit, a vero abhorrent, apud Vibium autem hoc non legitur.

De simili fonte D o d o n a e o memorant:

Mela II 43. Plin. n. h. II 228. Sol. 7, 2. Prisc. perieg. 390—395. Aug. de civ. dei XXI 5, 1. 7, 1. Isid. orig. XIII 13, 10 (in Epiro).

et PF. 12 et 24. § 52. De fonte **Clitorio** capite 12 tractato auctor Florentinus etiam capite 24 egit. quae simul tractanda esse apparet, cum id praecipue

1) cf. E. G r a f, Leipziger Studien z. class. Philologie VIII 1885 p. 37 sqq. quem Ovidii et Plinii verba artius cohaerere contendentem puto errare.

spectandum sit, num his collatis ex uno vel pluribus fontibus hausisse auctorem Florentinum putandum sit. leguntur autem apud auctores veteres haec:

Athen. II 19, 43 f.
Φύλαρχος δέ φησιν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας οὐκ ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν.

Steph. Byz. s. v. Ἀζανία.
Εὔδοξος δὲ ἐν ἕκτηι γῆς περιόδου φησίν· ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας, ἣ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι, εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν ἐμβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα.

EG. 328, 20. 25—27.
Κλιτόριόν ἐστι ὄνομα πόλεως, . . . χρὴ δὲ γιγνώσκειν, ὅτι πηγή ἐστιν ἐν τῆι πόλει ταύτηι, ἧστινος ὁ γευόμενος, ἀποστρέφεται τὸν οἶνον.

Parad. Palat. 5.
τῆς ἐν Κλείτορι κρήνης ἄν τις πίηι τοῦ ὕδατος, ἀποστρέφεται καὶ μισεῖ τὴν τοῦ οἴνου πόσιν.

Parad. Florent. 24.
ἐν Κλειτορίοις δὲ τῆς Ἀρκαδίας κρήνην φασὶν εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας μισεῖν τὸν οἶνον, ἐπικεχαράχθαι δὲ ἐπ' αὐτῆς ἐπίγραμμα τοιόνδε.

ἀγρότα σὺν ποίμναις τὸ μεσημβρινὸν ἤν σε βαρύνηι
δίψος ἀν' ἐσχατιὰς Κλείτορος ἐρχόμενον
τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα· καὶ παρὰ νύμφαις,
ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον.
ἀλλὰ σὺ μήτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ: μή σε καὶ αὔρη
πημήνηι τερπνῆς, ἐντὸς ἐόντα μέθης.
φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον ἔνθα Μελάμπους
λουσάμενος λύσσης, Προιτίδος ἀργαλέης

PF. 12 (Isigonus).
παρὰ Κλειτορίοις ὁ αὐτός φησιν εἶναι κρήνην· ἧς ὅταν τις τοῦ ὕδατος πίηι τοῦ οἴνου τὴν ὀσμὴν οὐ φέρει.

Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 35 p. 335 Dbg.
δυνάμεις δὲ καὶ ἕτεραι πολλαὶ ὑδάτων εἰσὶν οὐ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν ἔχουσαι. τοῦτο μὲν . . . τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἐν Κλειτορίωι τῆς Ἀρκαδίας, εἴ τις ἐν αὐτῶι λούσαιτο οὐδὲ ἂν ὀσμῆς ἀνάσχοιτο οἴνου.

EM. 519, 50—54 = Phavor. pers. 1068, 21/22 (Bas. 1538).
Κλιτόριον ὄνομα πόλεως . . . ἔστι δὲ καὶ πηγὴ ἐν ταύτηι τῆι πόλει· ἧς ὁ γευόμενος ἀποστρέφεται τὸν οἶνον.

Paul. Sil. therm. Pyth. 62/3.
καί που ποθοῦσιν οἶνον
μίσητρόν ἐστιν ὕδωρ.

Vitr. arch. VIII 3, 21.
Arcadia vero civitas est non ignota Clitor, in cuius agris est spelunca profluens aqua, e qua qui biberint, fiunt abstemii. ad eum autem fontem epigramma est in lapide inscriptum hac sententia versibus Graecis, eam non esse idoneam ad lavandum sed etiam inimicam vitibus, quod apud eum fontem Melampus sacrificiis purgavisset rabiem Procti filiarum restituissetque earum virginum

πάντα καθαρμὸν ἔκοψεν ἀπόκρυφον· † α γὰρ ἀπ᾽ Ἄργους
οὔρεα τρηχείης ἤλυθον Ἀρκαδίης:

mentes in pristinam sanitatem. epigramma autem est id quod est subscriptum: v. iuxta.

Ovid. metam. XV 322—328.

Clitorio quicumque sitim de fonte levavit,
vina fugit gaudetque meris abstemius undis,
seu vis est in aqua calido contraria vino
sive, quod indigenae memorant, Amythaone natus
Proetidas attonitas postquam per carmen et herbas
eripuit Furiis, purgamina mentis in illas
misit aquas odiumque meri permansit in undis.

Vib. Seq. 152, 20. *Clitor Arcadiae, qui potus vinum in odium adducit.*

Lactantius pers. narr. fab. 15, 21.
Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit, quod Melampus Amithaonis filius, Proetidas cum ab insania liberasset, novissime remedia in eum proiecisse fertur.

Plin. n. h. XXXI 16.
vinum taedio venire his, qui ex Clitorio lacu biberint, ait E u d o x u s.

Isid. orig. XIII 13, 2.
ex Clitorio lacu Italiae qui biberint, vini taedium habent.

§ 53. Alii odorem vini alii ipsum vinum taedio venire rettulerunt, e fontibus videlicet haurientes diversis.

I. Auctor Florentinus capite 12 de odore memorat verbis cum Phylarchi ab Athenaeo relatis valde congruentibus. unde apparet Isigonum vel ipsum Phylarchum vel auctorem Phylarcho usum adhibuisse (cf. Rusch 35, Oder 349, 165).

§ 54. II. PF. 24—26 et Vitr. VIII 3, 21—23 ex eodem fonte hausta esse apparet, sed utrum uterque ex eo ipso hauserit auctor, an alii intercesserint, dubium est. certe autem Oder (365) errat putans Vitruvium Sotionis personati libello usum esse. nam non solum libellus Florentinus post Vitruvii aetatem compositus est[1]) sed etiam verbis (imprimis capitum 25 et 26) Vitruvius a Sotione personato nimis dissentit.

Finem epigrammatis Vitruvius in Latinum transtulit et similiter Ovidius, sed, utrum Vitruvius Graeco auctore an Latino vocem *abstemius* adhibente et ab Ovidio inspecto usus sit, non licet perspicere. sed cum epigrammate traditum sit lautos ex fonte vini odio affici, et Sotio personatus et Vitruvius soluta oratione nonnulla praemittentes potu illud effici monuerunt.

1) v. p. 162/163.

III. Deinde Plinius, quid illa aqua efficiatur, paene iisdem verbis § 55.
descripsit, quibus Vitruvius et Ovidius, sed Eudoxum auctorem indicat. unde licet colligere etiam quae Sotio personatus, Vitruvius, Ovidius, Lactantius personatus, Vibius tradiderint, Eudoxo deberi.

Epigramma quoque Eudoxo notum fuisse videtur, certe paene iisdem verbis atque epigrammate Melampodis fabulam eum descripsisse Stephanus Byzantius testatur:

An Eudoxo usum auctorem aliquem alium inferioris aetatis epigramma composuisse putandum est? certa de hac re proferri videntur non posse, sed nihil impedire puto, ne Eudoxum epigramma novisse existimemus, etsi concedo versus 1—4 ab auctore recentiore praemissos videri, quod voluit Weisshäupl.

Cognoscitur autem ex Stephani verbis etiam eos, qui vini odium effici tradiderunt, neglegentius rem descripsisse, cum ipse Eudoxus non solum Melampodis fabulam copiose enarrasse videatur sed etiam accuratius de vini odore commemoraverit. Phylarchum autem et ipsum Eudoxo usum esse inde fortasse licet colligere, quod etiam vocem ἀνέχεσθαι Stephanus perscripsit, quam Athenaeum Phylarcho debere veri simile est.

IV. Sed etiam Stephanus duas res neglegentius videtur rettulisse. § 56.
Eudoxum non solum de Azania regione sed etiam de urbe vel finibus Clitoriorum commemorasse ex Plinio et omnium ceterorum auctorum consensu licet colligere. et voce γευσαμένους inferioris aetatis dicendi rationem secutus esse videtur, sicut etymologicorum scriptores de hac re commemorantes. quos πηγή pro κρήνη scripsisse recentissimos vix mirari licet, sed voce ἀποστρέφεσθαι cohaerent cum paradoxographo Palatino. qui eodem auctore usus esse videtur, quo alius scriptor, qui hanc narrationem etymologicorum scriptoribus tradidit. Qui solus οἴνου πόσιν memorasse videtur, etiam voce ἀποστρέφεσθαι adhibita a ceteris auctoribus differt. qua diversitate non impediri sed adduci videor, ut auctorem illum (a Palatino adhibitum) verba certa ratione mutantem aetatis prioris fuisse existimem, qua de causa errasse me non puto Callimachum fortasse eum fuisse opinantem. v. p. 21 a. 2.

V. Sed non solum Callimachus praeter Phylarchum et Sotionis § 57.
personati, Vitruvii, Ovidii, Plinii auctorem communem ipse Eudoxi librum sextum inspexisse videtur, sed etiam quartus a Rufo adhibitus.

Hic enim et epigrammate usus lavacrum noxium esse et ex auctorum Phylarchum secutorum ratione de odore taedio veniente commemorasse videtur. quo fit, ut Rufi auctorem aut duos auctores di-

versos secutum aut ipso Eudoxo, alio fortasse scriptore intercedente usum esse censendum sit.

Qui si duos auctores adhibuit, idem fecit, quod auctor Florentinus fecisse videtur, de eadem re bis commemorans. sed cum Rufus uno loco paucis verbis artissime cohaerentibus rem descripserit, non diversos auctores sed unum adhibitum esse existimo nec Phylarcho nec Vitruvii auctore usum sed alio, qui Eudoxi librum ipse inspexit. qua re adducor, ut epigramma illud etiam ab Eudoxo perscriptum esse censeam.

Unde autem Paulus Silentiarius hauserit, cum verbis a ceteris auctoribus discrepet, discerni nequit.

§ 58. Sed ne his omnibus perspectis PF. 24 Isigono deberi putetur, quod contendit Rusch (38/9 [1]) PF. 24, Vitr. VIII 3, 21, Plin. XXXI 16 illi deberi ratus, Thiel (95) et Oder (348/9) recte demonstraverunt, Isigonum hoc Sotioni personato obtulisse veri simile non esse. nam quamquam tres illi auctores inter se magnam partem consentiunt, Isigonum communem eorum auctorem fuisse ea re non demonstratur.

Immo Plinius alio ac Vitruvius auctore usus esse, Vitruvius autem et Ovidius communi ex fonte hausisse videntur. Varronem igitur Plinii et Vitruvii fontem communem fuisse ratum Ruschium errasse puto. sane Varro de his rebus commemoraverit, fortasse pluribus locis, sed ad eundem locum et Plinii et Vitruvii narrationes non licet referre. et si Isigonus Plinio Eudoxi nomen obtulit, cur Vitruvius (27) et Sotio personatus id tacentes consentiunt?

Quod argumentum non minoris esse puto quam Oderi censentis Sotionem personatum, cum bis de eadem re commemoret, sine dubio duos auctores adhibuisse. nam sicut apud Sotionem personatum ita etiam apud Isigonum de eadem re iterum agi potuit. sed etiam alio argumento Ruschii sententia confutatur:

§ 59. Legitur capitibus 1—23 (praeter 17, de quo v. p. 84 § 75) nusquam particula ulla, qua capita inter se iungantur. at capitibus 24—26 particula δὲ certa ratione posita esse videtur. et cum haec capita, quae epigrammatis additis artissime cohaerere apparet, etiam ea particula excellant inter alia capita, particulas eas non ab auctore Florentino nescio quo pacto interiectas sed e fonte simul cum ceteris verbis depromptas esse existimo. (de particulis δὲ capitibus 27. 36. (37.) 38. 40. insertis quasi dispersis v. p. 96 § 107, p. 110/111 § 142, p. 125 § 171).

Quae cum ita sint, Maximiliano Thiel et Eugenio Oder concedo capita 24—26 Isigonea esse non posse.

1) sententiam valde turbatam nemo intellegit, cum pro Vitr. 21—23 scripserit Plin. 21—23.

Epigrammatis autem originem non novimus. etiam de auctoribus inter servatos intercedentibus parum traditum est, qua de causa non iniuria dixit Oder (348/9) ‚*über die Zwischenglieder tappen wir völlig im Dunkeln*‘. sed erravit, quomodo Eudoxus et Phylarchus inter se cohaereant, erui non posse existimans. Immo demonstrasse me puto a Phylarcho quoque Eudoxum adhibitum esse. § 60.

Quibus de causis ita fere auctores inter se cohaerere videntur:



De epigrammate nuper complures auctores disputaverunt hi: § 61.

A. Reichel et A. Wilhelm (Jahreshefte d. östr. arch. Inst. in Wien IV, 1901, 3 sqq.).

C. Robert (Jahreshefte . . . VIII, 1905, 174 sqq.).

Rud. Weisshäupl (Wiener Eranos zur 50. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Graz 1909, 104—113).

Hitzig et Blümner (ad Pausaniam, vol. III p. 147 sqq., 1907.).

Antea autem Preger et de hoc epigrammate et de ceteris a Sotione personato capitibus 25 et 26 relatis disputavit (Inscriptiones Graecae metricae ex scriptoribus praeter Anthologiam collectae, ed. Th. Preger. Lps. 1891 p. 169/70. nro. 215 sqq.). qui Isigono deberi epigramma ratus erravit, nam cum PF. 24 ei non deberi veri simillimum sit, e capite 12 Isigonum illud carmen novisse demonstrari non potest. nimis audacter Robert epigrammatis verba corrigere conatus est. sed ne cum ceterorum quidem sententiis consentio, quas enumerare varias longum est. non inepte Weisshäupl e duabus partibus carmen constare videtur censere. sed epigrammatis re vera non solum versus nonus sed paene omnes adeo corrupti esse videntur, ut difficillimum sit perspicere, quomodo restituendum sit. et cum id ad eruendos Sotionis personati auctores non videatur pertinere, ab epigrammate emendando et commentario instruendo abstineo.

Sed qua de causa auctores recentiores cum Lusiorum fonte (PF. § 62. 10) Clitorium confuderint, non plane perspicio, nam, etsi nonnulli

auctores Melampoda [1]) Proetidas ad Lusiorum urbem sanasse tradiderint, tamen de fonte bibentes reddente abstemios qui tradiderunt, omnes Clitorium nomen adiecerunt praeter Stephanum, qui regionis nomen Azaniae ab Eudoxo adiectum solum refert, nemo autem auctorum veterum cum Lusiorum fonte hunc confudit.

ad PF. 13. De simili fonte uno tantum **Reatino** commemoratur ab ipso So-
§ 63. tione personato, sequente capite 13. cum quo primus Sylburgius Plinii locum hunc contulit: n. h. II 230. *in Reatino fons Neminie appellatus alio atque alio loco exoritur, annonae mutationem significans.* Nissen (Ital. Landeskunde II 474, 2) Ciceroni Plinium haec debere putat. sed cum Sotionis personati narratione Plinii cohaerere non videtur. quamquam Menten et Neminien nomen ex alio nomine utrumque falso descriptum esse a veri simili non plane abhorrere videtur, cum Minien s. Menien et Menten similia sint, tamen rebus adeo differunt, ut valde dubium sit, an uterque idem intellexerit. neque enim habemus, quod Sotionem personatum et auctore et re fontem Mentem cum Clitorio congruere tradentem errasse statuamus. cum Plinio igitur hunc Sotionis personati locum conferentes de eius auctore nihil eruere possumus.

§ 64. Tamen ex ipsius Florentini auctoris verbis licet eruere aliquid. nam quo modo voce ἀγρός usus est, Graeci alii auctores eam non videntur adhibuisse, cum urbis nomine regionem appellantes vocem χώραν adhibere solerent. Romani autem hac sententia vocem *agrum* adhibebant. qua de causa auctorem Latine scribentem Sotio personatus videtur esse secutus. Varronem intelligendum esse Reatinum — Reatino autem de fonte agitur — infra demonstrabitur p. 160.

ad PF. 14. Cum de mirabilibus Italicis ab Isigono relatis his (PF. 13/14
§ 65. [de **Cosa**]) nemo alius videatur commemoravisse, quae Rose, Rohde, Rusch de Isigono multorum quasi scriptorum auctore disputaverunt, veri similia esse non videntur. Varroni hoc quoque deberi videtur, v. p. 160.

ad PF. 15. Tradunt de **Cichropum** fonte haec:

§ 66.

PF. 15.	PV. 39.
Θεόπομπος ἱστορεῖ κρήνην ἐν Χρωψὶ τῆς Θρᾴκης· ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραχρῆμα μεταλλάσσειν:	Θεόπομπος κρήνην ἐν Θρᾴκῃ λέγει εἶναι, ἐξ ἧς οἱ λουσάμενοι μεταλλάττουσι τὸν βίον.
Vitr. VIII 3, 15.	Plin. n. h. XXXI 27.
et Chrobsi Thracia lacus, ex quo non solum qui biberint, moriuntur, sed etiam qui laverint.	*necare aquas Theopompos et in Thracia apud Cichros dicit.*

1) cf. Unger, Theb. Paradoxa, Coroll. XXVI p. 459.

MA. 121.	Callim. > Antig. 141.
Ἐν δὲ Κύκλωψι τοῖς Θραξὶ κρηνίδιόν ἐστιν ὕδωρ ἔχον, ὃ τῇ μὲν ὄψει καθαρὸν καὶ διαφανὲς καὶ τοῖς ἄλλοις ὅμοιον, ὅταν δὲ πίῃ τι ζῷον ἐξ αὐτοῦ, παραχρῆμα διαφθείρεται.	Θεόπομπον δέ φησιν γράφειν τῆς μὲν ἐν Κυγχρώψωσιν τοῖς Θραιξὶν (sc. πηγῆς) τὸν ἀπογευσάμενον τελευτᾶν εὐθύς.

Theopompo apparet omnia deberi, quomodo autem Sotioni personato res tradita sit, quaerendum est. mirabilium auscultationum auctor rem descripsit et ab Antigoni[1]) et a Sotionis personati verbis discrepantibus. sola voce παραχρῆμα cum mirabilibus auscultationibus artius cohaeret libellus Florentinus. sed cum gentis nomen eadem forma indicaverit qua Vitruvius, cum hoc artius videtur cohaerere. Vitruvius autem non solum eos mori, qui laverint, memorat quasi Sotionis personati auctorem secutus, sed etiam eos, qui biberint, quasi Aristotelis personati auctorem secutus. § 67.

Quaerendum ergo est, utrum Vitruvius uno an duobus auctoribus usus sit. qua de re Plinium tantum spectanti non licet iudicare. nam is complures aquas mortem afferentes memorans communibus vocibus — necare et aquas — usus est. quod autem Cichros nomen attinet, non solum certa auctorum ratione Κιγχρώπων, quae vera nominis forma esse videtur, nomen immutatum esse videtur, sed etiam ab hominibus codices neglegenter scribentibus[2]). qua de causa ad auctores Sotionis personati eruendos eo nomine caute uti nos oportet.

Tamen, quod et Sotio personatus et Vitruvius forma Χρωψὶ — *Chrobsi* usi sunt, quae ab iis tradita sunt, ad eundem auctorem referenda esse apparet.

Unde Vitruvius hauserit nescio. sed praeter Callimachum et mirabilium auscultationum scriptoris auctorem tertium aliquem e Theopompi historiis mirabilibus id hausisse puto, qui aliis auctoribus intercedentibus et a Vitruvio et a Sotione personato, aliis a Plinio adhibitus esse videtur. utrum autem Vitruvii auctor praeterea Callimacho vel Aristotelis personati auctore usus an unum tantum librum adhibens non solum de lavatione sed etiam de potu mortem afferente commemoraverit, discerni non posse existimo. § 68.

Sotionis autem personati auctorem fuisse Isigonum censuit Rohde (31). qui non solum Philandri[2]) lectionem ‚*Cychros*' apud Vitruvium in-

1) quo iure Antigonum verbo ἀπογευσάμενον usum Theopompi sententiam rectius reddidisse quam Sotionem personatum et ipsum Theopompi nomen adicientem Rohde (31) dixerit, non intellego. contra veri similius esse videtur Theopompum eadem atque Vitruvium narrasse. cf. Turnebi, adv. VI 13, p. 186/7. (a. 1581), qui Sotionem pers. Theopompea melius servasse censet.

2) cf. Wesseling., probab. 37 p. 335/6.

iuria servavit e Plinio depromptam, sed etiam neglectis differentiis inter Plinium Vitruvium Sotionem personatum (Vaticanumque paradoxographum) intercedentibus Vitruvium Pliniumque Sotionem personatum, auctorem Vaticanum Isigono usus esse statuit. ‚*parva haec sunt et minuta, sed aptissime rem declarant*‘, quamquam parva et minuta aliud declarantia neglexit, in disceptationis fine adiecit. nam auctor Vaticanus non Sotionis personati auctore sed ipso opusculo Florentino usus esse videtur, ubi eadem plane atque apud Vaticanum legantur, qui monstrum nominis et παραχρῆμα omisit, τὸν βίον autem addidit, denique formam Atticam μεταλλάττουσιν restituit.

§ 69. Isigonusne de hac aqua tradiderit, licet dubitare, cum neque Vitruvium neque Plinium neque Sotionem personatum de eo commemorare appareat. et cum Sotionis personati verba ea ratione cum Plinii et Vitruvii congruant, ut eum, qui Isigono deberi PF. 15 > PV. 39 contenderit, Plinium et Vitruvium aliis auctoribus usos esse oporteat existimare, secutis eundem auctorem, quem Isigonus videatur inspexisse, Isigonum apparet omnium eorum auctorem fuisse non posse. itaque ne PF. 15 > PV. 39 quidem Isigono deberi oportet existimare. Rusch autem rebus non denuo examinatis Rohdeum secutus est, contra Thiel (94) primus verba auctorum composuit et congruentia notavit.

§ 70. Hoc ergo fere modo auctores inter se cohaerere videntur:



cf. Turnebus, adversaria VI 13 p. 186/7, qui Vitruvium a Plinio adhibitum esse putat.

Landi, quaestt. 66/7, 1 et 78. quem cum Ciconum fluvio hunc fontem falso confudisse iure monet Capelle, BphW. 34 (1914) 368, 18.

§ 71. De aquis mortem afferentibus permultis aliis a ceteris auctoribus commemoratum est: narrant

Seneca, n. q. III 25, 1 de Styge aqua cf. p. 53;

Vitruvius VIII 3, 15. 17 de fonte Neptunio Terra-

cinae, de Cichropibus, de Titaresio sive Horco nomine non adiecto (cf. Sen. III 25, 2. Plin. n. h. XXXI 28. — Hom. Il. B 751–755 c. Schol. [= Pap. Oxyrh. VIII 81 n. 1086, I 2—8]. Strab. IX 5, 20 C 441. Luc. VI 375—380. Plin. n. h. IV 31. — Hom. ap. Ath. II 13, 41 c. — Hom. ap. Arr. peripl. pont. Eux. 10, 10. Hom. ap. Paus. VIII 18, 2. — Vib. Seq. 152, 1—3. — Hom. ap. Ael. Aristid. or. XXXIX 7/8. cf. Hirzel, Der Eid 17. *Ὅρκος und Orcus* p. 160 sqq.), de fontibus apud Euripidis tumulum profluentibus (a Plinio quoque memoratis, cf. W. Nestle, Euripides, p. 369/70 a. 1.), de Styge, aliis a nullo alio auctore memoratis (17);

Plinius, n. h. II 231 una cum Styge tres fontes in *Liberoso Taurorum colle sine remedio sine dolore mortiferos* memorat; deinde

Stephanus Byzantius (s. v. Δῖον = Eust. ad Hom. p. 280, 34) de aqua Dion appellata commemorat et

Varro (ap. Sol. 7, 28) de mortifero fonte Boeotio.

Denique ἄορνοι quoque eius generis sunt; cf. p. 91/2 § 94/6.

Quis Hellanici de **Magnesia** fabulam ad Sotionem persona- **ad PF. 16.**
tum transtulerit, perspici non potest et Isigonum inter eos inter- **§ 72.**
cessisse nec nego neque affirmo.

De fluvio autem Ciconum similia efficiente cf. Ov. met. XV 313 et Sen. n. q. III 20, 3 Ovidii versus afferentem, porro Vib. Seq. 147, 7/8. Plin. n. h. II 226.

Eandem autem aquam ab aliis Magnesiae ab aliis apud Cicones profluentem intellegere narratam non licet. qua in re errasse videtur Graf (Leipz. Studien z. class. Philologie VIII, 1885, p. 37 sqq.). et Landi, quaestt. 78, cum quo auctores mirum in modum res confudisse putante non consentio.

De aliis aquis iniecta lapidea reddentibus et saxa **§ 73.**
egerentibus multis tradunt cum alii tum Call. > Antig. 135. 161, Strab. XIII 4, 14 C 629/30, Vitr. VIII 3, 9. 10, Plin. n. h. II 226. XXXI 19/20. 29 (cf. etiam, quod e codice aliquo Parisiensi affertur in Notices et extraits XXXII 1 [Par. 1886], 48).

De fonte **Rubro Aethiopiae** haec sunt tradita: **ad PF. 17.**

Diod. II 14, 4 (cuius auctorem videtur adhibuisse Ruf. ap. Orib. **§ 74.**
V 3, 32 p. 334/5 Dbg.).

ἀπὸ δὲ τούτων γενομένη (scil. ἡ Σεμίραμις) τῆς Αἰθιοπίας ἐπῆλθε τὰ πλεῖστα καταστρεφομένη καὶ κατὰ τὴν χώραν θεωμένη παράδοξα. εἶναι γὰρ ἐν αὐτῆι φασιν λίμνην τετράγωνον τὴν μὲν περίμετρον ἔχουσαν ποδῶν ὡς ἑκατὸν ἑξήκοντα, τὸ δ' ὕδωρ τῆι μὲν χρόαι παραπλήσιον κινναβάρει. τὴν δ' ὀσμὴν καθ' ὑπερβολὴν ἡδεῖαν οὐκ ἀνόμοιον οἴνωι παλαιῶι·

δύναμιν δ' ἔχειν παράδοξον· τὸν γὰρ πιόντα φασὶν εἰς μανίαν ἐμπίπτειν καὶ πάνθ' ἃ πρότερον διέλαθεν ἁμαρτήσας ἑαυτοῦ κατηγορεῖν. τοῖς μὲν οὖν ταῦτα λέγουσιν οὐκ ἄν τις ῥαιδίως συγκατάθοιτο.

Call. > Antig. 145 (160).

Κτησίαν δὲ (sc. λέγειν) τὴν ἐν Αἰθιοπίαι (sc. κρήνην) τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ἐρυθρὸν ὡσανεὶ κιννάβαρι, τοὺς δ' ἀπ' αὐτῆς πιόντας παράφρονας γίγνεσθαι· τοῦτο δ' ἱστορεῖ καὶ Φίλων ὁ τὰ Αἰθιοπικὰ συγγραψάμενος.

PF. 17.

Κτησίας δὲ ἐν Αἰθιοπίαι κρήνην ἱστορεῖ τῶι χρώματι κιννάβαρι παραπλησίαν· τοὺς δὲ πίνοντας ἀπ' αὐτῆς παραλλάττειν τὴν διάνοιαν· ὥστε καὶ τὰ κρυφίως πεπραγμένα ὁμολογεῖν.

Ovid. metam. XV 319—321. (unde fluxerunt, quae tradunt Vib. Seq. 153, 15/6 et Lact. pers. narr. fab. 15, 20)

cui non auditast obscenae Salmacis unda
Aethiopesque lacus?; quos si quis faucibus hausit,
aut furit aut patitur mirum gravitate soporem.

(repetit hos versus Seneca, n. q. III 20, 5).

Plinius n. h. XXXI 9 (unde hausit Isid. orig. XIII 13, 4).

sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat (sc. flumen), *quod in Aethiopia accidere his, qui e fonte Rubro biberint, Ctesias scribit.*

§ 75. Ctesianam (cf. Hofmann I/II 23) fabulam auctores complures vario modo tradidisse apparet. auctor autem Florentinus cum Antigono consentit incipiens nomine Ctesiae, particula δὲ perraro in initio capitum opusculi Florentini obveniente, voce κρήνη, verbis τοὺς δὲ πίνοντας ἀπ' αὐτῆς = τοὺς δ' ἀπ' αὐτῆς πιόντας, contra cum Diodoro voce παραπλήσιος et verbis iis, quibus animi perturbationem descripsit (quae non recte intellexit Hofmann I/II 66).

Quae duobus modis videntur posse effecta esse: aut scriptoris Florentini auctor et Callimachum vel Antigonum et Diodori auctorem adhibuit et, quae apud eos legerat, coniunxit, aut Callimacho verba auctoris permutante evitato Diodori et Sotionis personati auctor communis Ctesia usus est (fortasse aliquo auctore, sed non Callimacho intercedente).

assentior autem sententiae priori tribus de causis:

primum, quo fiat, ut Antigonus et Sotio personatus tam arte cohaereant, sententia altera non explicatur. deinde Sotionis personati auctor capita 18 et 19 ex Antigoni historia mirabili deprompsisse videtur. denique cum capitum 1—23 nulli alii particula sententias coniungens praeposita sit, praeponentes autem eam consentiant Antigonus et Sotio personatus. quibus de causis Antigonum adhibitum esse puto.

Sotio autem personatus sicut cap. 8 e duobus libris videtur de- § 76.
prompsisse, quae de fonte Aethiopico narrat, altero Antigoni, cui 17—19 debentur sicut 6—10 Aristotelis personati auctori, altero Diodori auctoris fortasse eiusdem, quem in capite 8 conscribendo adhibuerat. qui utrum Philo sit Aethiopicorum auctor ab Antigono nomine allatus, an Clitarchus, quem Jacoby (Rhein. Mus. 30, 1875, 555—615) Ctesiana Diodoro obtulisse existimavit, an Dino, quem Gutschmid (Jahrbücher für klass. Philologie 81, 1860, 456) Ctesiae narrationem de fonte Indico falso Aethiopiae descriptioni inseruisse putavit a Diodoro adhibitum, an Hieronymus Cardianus[1]), quem Volquardsen (Jahresber. 7, 1876, III 388) inter Ctesiam et Diodorum intercessisse existimavit, discerni non posse videtur.

Attamen ne Dinonem ad Aethiopicum fontem Ctesiae fabulam ali- § 77.
quam Indicam transtulisse putemus, Callimachi testimonio ab Antigono servato impediri videmur, quem Dinone intercedente Ctesia usum esse veri simile non videtur. immo, cum omnes auctores de Ctesia solo memorent, eum non solum de fonte Indico animos perturbante rettulisse (Ind. 14) existimandum est sed etiam de simili fonte in Aethiopia profluente, sicut de alio fonte rubro testibus Eratosthene et Artemidoro (ap. Strab. XVI 4, 20 C 779) in mare Rubrum effundente tradidit, quem iniuria eundem esse atque Aethiopicum lymphatos agentem statuit Hempler (Arch. f. Religionswiss. 14, 1910, 648).

Tradit enim Ctesias (Phot. bibl. c. 72 p. 47 b = Ind. 14) de fonte cuius aqua πήγνυται ὥσπερ τυρός· τούτου οὖν τοῦ πηκτοῦ ὅσον τρεῖς ὀβολοὺς ἐὰν τρίψας δῷς ἐν ὕδατι πιεῖν, ἐξαγγέλλει πάντα, ὅσα ἔπραξε· παραφρονεῖ γὰρ καὶ μαίνεται ταύτην τὴν ἡμέραν[2]). adhiberi autem eam aquam in iure dicendo. certe simile aliquid aqua Aethiopica effici tradidit et Antigoni παράφρονας cum Photii παραφρονεῖ, Diodori μανίαν cum Photii μαίνεται conferri posse videntur. sed rubrum esse fontem Indicum Ctesias non indicavit, alium autem fontem aurum offerentem verbis Diodori similibus descripsit his: ἡ δὲ κρήνη τετράγωνός ἐστιν, ἑκκαίδεκα μὲν πηχῶν ἡ περίμετρος (Phot. p. 45 = Ind. 4). denique tertiam partem narrationis Diodoreae fragmentum offert a Strabone (XVI 779, cf. supra) conservatum, quod huc non pertinere et e coloris nominibus: ἐρευθὲς καὶ μιλτῶδες (cf. PW. VI 593) pro κιννάβαρι positis et ex eo cognoscitur, quod de animo perturbato apud Strabonem non commemoratum est (cf. etiam QF. XV 12, 1).

Redeo ad Sotionem personatum. quis fuit eius auctor? qui § 78.
unde hauserit, supra explicatum est. apparet eum id fecisse, quod

1) cf. p. 108.

2) quem locum cum PF. 15 falso confert, neglecto Diodoro, Landi quaestt. 69.

Isigonum in cap. 8. deinde cum cap. 11 Antigono debitum ab Isigono Sotioni personato traditum esse videatur (v. p. 73) etiam 17 — 19 ex illo deprompta puto apud Isigonum legisse Sotionem personatum.

Ovidius autem paulo diversa narrans neque Callimacho neque Diodori neque Plinii auctore usus esse videtur alium secutus ignotum et, utrum Seneca apud auctorem suum de hoc fonte nonnulla legerit an ipse ceteris inde depromptis quasi novam narrationem Ovidii verba inseruerit, cum discerni non posse puto tum ad Sotionis personati auctorem non pertinet. Plinii autem auctor Ctesiae memoriam servans fortasse Callimachum inspexit.

§ 79. Quae cum ita sint, hac fere ratione auctores inter se cohaerere videntur:



cf. Landi, quaestt. 79/80.

Isigonum apparet neque Senecae neque Plinii auctorem fuisse.

§ 80. Hempler (v. p. 85) de rubris aquis ab auctoribus et antiquioribus et recentioribus memoratis nonnulla disserit. antea Hofmann (I/II 22—24 et 66—69) partim de iisdem partim de aliis aquis rubris commemoravit, quae Hempler non videtur novisse. Hofmann autem haud scio an erraverit ratus odorem vini a Ctesia fictum esse, cum de eo a Diodoro solo relatum sit. alias autem aquas rubras non novi. sed idem Hofmann neglegenter dicit inter ὁρκίων (der ‚*Eidbrunnen*‘) numerum fontem Aethiopicum referendum esse. nam alii sunt ὅρκιοι (v. p. 70/71) alii animos perturbant sicut Aethiopicus ille fons et Indicus, de quo commemoravi p. 85.

Similes aquae putabantur esse hae:

Galli fluminis (Ov. fast. IV 363—366, Call. ap. Plin. n. h. XXXI 19, Vib. Seq. 148, 19), aqua vinosa Naxiorum (cf. p. 21, 2), aqua ex Apollinis Clarii spelunca profluens (v. p. 53 Coloph.), quae inter aquas ad vaticinandum inflammantes referenda est.

Leguntur apud auctores veteres de fontibus **Isidis** in **Arabia** et apud **Iovis Hammonis** o r a c u l u m profluentibus haec: **ad PF. 18. 19. § 81.**

Callim. > Antig. 149. κατὰ δὲ τὴν Ἀραβίαν ἐν πόλει Λευκοθέαι Ἀμώμητόν φησιν γράφειν, τὸν πραγματευθέντα τὸν ἐκ Μέμφεως ἀνάπλουν, εἰς τὴν καλουμένην Ἴσιδος κρήνην, ἄν τις οἴνου ἐπιχέηι κοτύλην γίνεται τὸ ποτὸν εὔκρατον.

150. τῶν δ' ἐν Ἄμμωνι κρηνῶν λέγειν Ἀριστοτέλη, ὅτι τὴν μὲν ἡλίου γε νομιζομένην μέσων μὲν νυκτῶν καὶ μεσημβρίας γίγνεσθαι θερμήν, ἕωθεν δὲ καὶ δείλης καθαπερεὶ κρύσταλλον, ἡ δ' ἄλλη διότι αναβαίνοντος μὲν ἡλίου πιδύει ἐπὶ δυσμαῖς δὲ ἰόντος ἵσταται.

PF. 18. ἐν Ἀραβίαι ἔστιν Ἴσιδος κρήνη· ἥτις κοτύλης οἴνου ἐμβληθείσης κιρνᾶται· καὶ πρὸς τὴν πόσιν εὔκρατος γίνεται ὥς φησιν Ἀ μ ώ μ η τ ο ς.

19. Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς Ἄμμωνος κρήνην εἶναί φησιν· ἧς τὸ ὕδωρ μεσημβρίας καὶ μεσονύκτου γίνεσθαι θερμόν· ὂν φύσει ψυχρότατον.

Apparet artissime Sotionem personatum cohaerere cum Antigono. et cum de I s i d i s fonte nemo alius commemoraverit, Sotio autem personatus verborum compositionem eodem modo permutatam exhibeat, quam capitis 11 propriam esse statui (p. 73 § 48), quamquam verbis paucis differunt, Sotionem personatum hanc narrationem Antigono debere puto intercedente ut in fabula de Athamanum fonte tradenda Isigono. **ad PF. 18. § 82.**

De A m o m e t o cf. Susemihl I p. 323. Rohde, Griech. Roman 217—219. Schmid II⁵ 229.

De fontibus ad A m m o n i s o r a c u l u m profluentibus multi veterum auctorum commemoraverunt, cum modo frigidi modo calidi esse viderentur. sed hac in re auctores minime consentiunt[1]). **ad PF. 19. § 83.**

M e r i d i e f r i g i d u m, m e d i a n o c t e f e r v i d u m f o n t e m e s s e S o l i s tradunt hi:

Hdt. IV 181. Lucret. VI 841—871. Diod. XVII 50, 4/5 (cf. Hofm. III 48). Mela I 39. Ov. met. XV 308—310. Plin. n. h. II 228 (*Iovis Hammonis stagnum.* inde fluxit schol. Bern. Luc. III 332). Sil. It. III 666/7. 669—672. Curt. Ruf. H. A. IV 7, 22 (cf. Hofm. III 48). Arr. Alx. anab. III 4, 2. — Hdt. ap. Ps. Eudoc. Viol. 75.

Ovidii autem verba male intellegentes Lactantius personatus narr. fab. 15, 15 et Vibius 153, 12/3 et meridie et media nocte fon-

1) cf. E. Graf, Leipz. Stud. VIII, 1885, p. 37 sqq.; Landi, quaestt. 76/77.

tem frigidum esse tradunt, Aristoteles autem contraria. v. p. 87.

Noctu amaram et fervidam, interdiu dulcem et frigidam esse aquam Plinius refert II 228, certo eundem fontem significans — Solis enim fontem appellat — Trogodytarum autem nomen adiciens. contrarium legitur ap. Paul. Sil. th. Pyth. 79—82.

Deinde *Iuba in Trogodytis lacum Insanum malefica vi appellatum ter die fieri amarum salsumque ac deinde dulcem, totiensque et noctu, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum* ap. Plin. n. h. XXXI 18 tradit (unde fluxit Isid. orig. XIII 13, 9).

De caespite memorat Sol. 27, 45/6 eoque usus Isid. orig. XIII 13, 8.

§ 84. Recentiores autem de hac re disputaverunt hi:

Gaspari, Vollständiges Handbuch der neusten Erdbeschreibung VI 1 = 21, 719 (1824); H. v. Minutoli, Reise zum Tempel des Jupiter Ammon (1824) (4⁰) p. 96. 163; G. Rohlfs, Expedition zur Erforschung der libyschen Wüste II scr. W. Jordan, Cassel 1876, 129; Schweder, Phil. 56, 1897, 138; M. C. P. Schmidt, Zur Geschichte der griech. Lit. bei den Römern, Progr. Berol. 1887 (4⁰) p. 60; Rich. Neumann, Nordafrika nach Herodot, Lps. 1892 p. 102/3; Korn-Ehwald ad Ovid. met. XV 308—310; Pietschmann, PW. I 1858 sqq.; Hofmann III 13/4. 47 sqq.

§ 85. Quae autem Aristotele auctore tradit Sotio personatus, apud Antigonum solum praeterea leguntur. quod iniuria miratus est Hofmann III 14. nam Antigonus perraro ab aliis auctoribus adhibitus esse videtur, et Herodoti narratio iam vulgata esse videtur, cum nova afferret Aristoteles. Herodoti autem sententia violario Eudociae falso ascripto ultimo repetita esse videtur. Aristoteles vero contrariam proferens vulgatam non potuit delere.

Falso Rose (Aristot. pseudepgr. p. 487) opinatus est Plinium, quem Herodotum secutum esse apparet, Aristotelis sententiam repetisse. brevius rem exponere studens auctor Sotionis personati hoc quoque loco verborum compositionem Antigoni immutavit. sed tam arte Antigonum cum eo cohaerere manifestum est, ut hanc quoque fabulam Antigono deberi Isigono intercedente censeam.

Inepte Hofmann (III 52 p. 49) scribit:

Gleichfalls aus Kallimachos[1]) *hat Isigonos von Nikaea* (sic!) *folgende, von Stephanos* (sic!), *dem ersten Herausgeber der ‚Excerpta florentina' dem Sotion* (c. 19) *irrigerweise zugeschriebene Stelle* . . . .

1) quod Landium quoque (quaestt. 76) putare miror.

Ἀριστοτέλης . . . quid de libello Florentino censendum sit, non recte intellexit. (sed etiam Rose, quem ibi affert, errasse mihi videtur ratus non ipsi Aristoteli hoc deberi sed cuidam de placitis philosophorum libro. quod enim hoc statuamus, nihil habemus). Antigonum autem non Callimachum ab Isigono adhibitum esse puto inferioris aetatis scriptore.

De simili fonte apud Garamantes profluente tradunt Plin. § 86.
n. h. V 36. Sol. 29, 1—4. Prisc. perieg. 201—205. Aug. de civ. dei XXI 5, 1. 7, 1. Isid. orig. XIII 13, 10. XIV 5, 13. et de Colchorum Ap. Rhod. III 225—227.

Narrantur de **Lyncesti** aqua haec: ad PF. 20.

Callim. > Antig. 164 (180). ἐν δὲ Λυγκησταῖς Θεόπομπον § 87.
φάσκειν τι εἶναι ὕδωρ ὀξύ, τοὺς δ' ἐκ τούτου πίνοντας ὥσπερ ἐπὶ τῶν οἴνων ἀλλοιοῦσθαι, καὶ τοῦθ' ὑπὸ πλειόνων μαρτυρεῖται.

PV. 13. Θεόπομπος ἐν Λυγκησταῖς φησιν εἶναι ὕδωρ ὀξύ, ὃ τοὺς πίνοντας μεθύσκει.

23. ἐν Λυγκησταῖς κρήνη ἐστίν, ἀφ' ἧς ἐάν τις πίνῃ, μεθύσκεται.

PF. 20. Θεόπομπος ἐν Λυγκήστωι φησὶ πηγὴν εἶναι τῆι μὲν γεύσει ὀξίζουσαν· τοὺς δὲ πίνοντας μεθύσκεσθαι ὡς ἀπὸ οἴνου.

Ath. II 18, 43 d. Θεόπομπος δέ φησι περὶ τὸν Ἐριγῶνα ποταμὸν ὀξὺ εἶναι ὕδωρ καὶ τοὺς πίνοντας αὐτὸ μεθύσκεσθαι καθὰ καὶ τοὺς τὸν οἶνον.

Sen. n. q. III 20, 5/6. — Ov. met. XV 329—331.

nam quemadmodum ebrietas . . . . . hoc habet mali
Lynceius[1]) *amnis*
quem quicumque parum moderato gutture traxit
haut aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

Plin. n. h. II 230. *Lyncestis aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit.*

XXXI 16. *Theopompus ait inebriari fontibus, quos diximus.*

Vitr. VIII 3, 17/8. *item sunt nonnullae acidae venae fontium, ut Lyncesto . . . . . quae hanc habent virtutem, uti calculos in vesicis . . . . discutiant.*

Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 35 p. 335 Dbg.
δυνάμεις δὲ καὶ ἕτεραι πολλαὶ ὑδάτων εἰσὶν οὐ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν ἔχουσαι τοῦτο μὲν γὰρ τὸ ἐν Λυγκησταῖς ὕδωρ εἰς μέθας ἐκβάλλει τοὺς πίνοντας.

ceteros locos, quibus de hac aqua commemoratum est, enumeravi p. 41 ad auctorem Sotionis personati definiendum inutiles.

Qui locos descriptos semel perlegerit, eum puto artissime omnes § 88.

1) Lyncestius Ov.

cohaerere videri existimaturum esse. sed cum singula verba contulerim, valde dissentire inter se auctores puto, quamquam de re ipsa consentiant. et, ne ad unum auctorem nimium referatur, monuit Antigonus, complures alios hanc rem tractavisse memorans.

Solus quidem praeter Sotionem personatum Vitruvius de Lyncesto non Lyncestis memorat, sed cum plane alius generis aquas simul descripserit, qui eius auctor fuerit, valde dubium est. sanandi enim illam vim Lyncesti aquae inesse nemo alius tradidit, quo fit, ut Vitruvium et Sotionem personatum eodem auctore scil. Isigono usos esse a veri simili abhorrere videatur.

§ 89. At Rusch (35) scribit Athenaeum Isigono usum esse ‚*nam quod de* [?] *Theopompo tradidit p. 43 d περὶ τὸν 'Εριγῶνα — οἶνον, laudavit Ps. Sot. 20 et Isigonus . . . . 13* [id est PV. 13].

Sed nimis festinanter videtur iudicasse; de E r i g o n e enim solus commemoravit Athenaeus. f o n t e m autem Sotio tantum personatus memorat et auctor Vaticanus (23), qui Florentinum secutus esse videtur.

et cum Sotio personatus de fonte et de aquae gustu, Athenaeus de Erigone, Callimachus verbo ἀλλοιοῦσθαι de ebrietate moneant, artius inter se cohaerere non videntur quam eundem auctorem secuti Theopompum.

Nam Antigono an alii auctori PV. 13 debeatur, dubium est. sed ex alio fonte haustum videtur ac PV. 23.

§ 90. Ovidius autem nescio an Erigonem et acidam aquam ipsam confuderit, de amne Lyncestio sive Lynceio commemorans. quem puto eodem auctore, alio fortasse intercedente, usum esse atque Athenaeum. Plinius autem, unde hauserit, definiri non potest, cum quamquam auctores paulo differant, tamen certa cognationis argumenta ex eorum verbis non liceat sumere, sicut dubium est, utrum secundum formam activi vel passivi generis verbi μεθύσκειν an secundum alia verba iudicandum sit.

Accedit ut, num Plinius fontes memorans re vera cum Sotione personato artius cohaereat, dubium sit, cum brevissime tantum libro XXXI rem tangat monens, quod in libro II dixerit.

§ 91. Quae cum ita sint, certa afferre non possum, quamquam testimonia illa saepissime perscrutatus sum. sed cum de Sotionis personati auctore nihil eruerim, nisi ex Theopompo auctoribus ceteris servatis non intercedentibus rem ei traditam esse finem disceptationis facio.

Id unum addo: libelli Vaticani capitibus 13 et 23 ad eundem fontem et Vaticanum et Florentinum reducendos esse non videtur demonstrari, immo parum consentit PF. 20 cum PV. 13, PV. 23 au-

tem, si re vera artius cum PF. 20 cohaeret, non ex eodem fonte sed ex PF. 20 haustum videtur.

cf. Thiel 96.

Isigonus autem utrum Vaticanarum an Florentinae narrationis auctor sit, non licet cognoscere, his tantum consideratis. sed cum multa alia Florentina ei deberi demonstratum sit, fortasse id quoque ei debetur.

Alios fontes inebriantes enarrat idem Plinius n. h. II 230 § 92.
(unde fluxisse videtur Val. Max. I, VIII Ext. 18 fin.) in agro Caleno et in Paphlagonia profluentes (de Paphl. cf. Vitr. VIII 3, 20. Ath. II 17, 42 e).

Ceterae aquae acidae, quales Vitruvius enumerat (VIII 3, 17 sqq.), cum non animum sed corpus afficiant, non huc pertinent. (cf. Cutilias aquas p. 117 § 153).

Vini autem fontes veteres credebant esse:

in Colchide: Ap. Rhod. III 224. in insulis Naxo cf. p. 21 a. 2, Teo cf. Diod. III 66, Andro paucis anni diebus: Muc. ap. Plin. n. h. II 231. XXXI 16. Paus. VI 20, 2. Philostr. imag. I 25. cf. Sonderschriften des östreich. archäol. Inst. in Wien VIII Andros v. Th. Sauciuc 1914 (4⁰) p. 110 sqq.

De **Sycaminarum** lacu: editores de MA. 78 monuerunt, quo ad PF. 21.
loco de veneno (περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐν τῶι Κιρκαίωι ὄρει) simili comme- § 93.
moratum est. sed cum et de re non plane consentiant et Sycaminae urbs Italiae ignota sit, non eandem rem descriptam esse censeo. simili autem de fonte alio memorat Ruf. ap. Orib. coll. med. 3, 35 p. 335 Dbg. > Ps. Gal. de bon. aq. 76 A (1550).

De **Aorno Sarmatarum** lacu haec tradita sunt: ad PF. 22.
§ 94.

Callim. > Antig. 152 (167).

τὴν δὲ ἐν τοῖς Σαυρομάταις λίμνην Ἡρακλείδην γράφειν ὅτι οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ὑπεραίρειν, τὸ δὲ προσελθὸν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τελευτᾶν.

PF. 22.

. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς λίμνην ἐν Σαυρομάταις φησὶν εἶναι περὶ ἣν τὰ πετασθέντα τῶν ὀρνέων εἰς αὐτὴν πίπτειν.

PV. 14.

Ἡρακλείδης φησὶ τὴν ἐν Σαυρομάταις λίμνην οὐδὲν τῶν ὀρνέων ὑπεραίρειν, τὸ δὲ προσελθὸν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τελευτᾶν.

Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 29 p. 334 Dbg.

. . . καὶ ἡ λίμνη ἡ ἐν Σαυρομάταις, ἣν οὐδὲ ὄρνις ὑπερπτῆναι φθάνει.

PV. 14 ex Antigono sumptum esse cum manifestum sit, non inepte § 95.
PV. 13 ad Antigonum rettulisse mihi videor (p. 90). sed PF. 22 re paulo aliter descripta non ex eodem fonte videtur haustum esse ac PV. 14, neque ex Antigono neque ex Isigono, si cum Vaticani

auctorem fuisse existimandum est. sed hoc a vero abhorrere videtur, cum Vaticanus ipsum Antigonum adhibuisse videatur, quo fit, ut PF. 20 et 22 Isigono c. 21 laudato deberi non Antigonum sed alium auctorem adhibenti veri simile sit. sed quis is fuerit, nisi ipse fuit Heraclides — quem num iure Ponticum vocet, dubium est — nihil habeo quod iudicem.

§ 96. Eiusmodi lacus ἄορνοι apud Cumas (v. p. 97 § 108/9, p. 99 § 115) et apud Eridanum fuisse (v. p. 106/7 § 130) tradunt. cf. deinde aquam ab Antigono c. 159 descriptam, qui Palicos significasse videtur. cf. Hofm. IV 37/8. 75 a. 74.

ad PF. 23. Quae de **Lipari Aethiopum** fonte traduntur, duabus rationibus
§ 97. diversis conscripta esse videntur. quae testimonia sunt haec:

I Hdt. III 23.

θῶμα δὲ ποιευμένων τῶν κατασκόπων περὶ τῶν ἐτέων ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι ἀπ' ἧς λουόμενοι λιπαρώτεροι ἐγίνοντο κατάπερ εἰ ἐλαίου εἴη· ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡς εἰ ἴων. ἀσθενὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης οὕτω δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι, ὥστε μηδὲν οἷόν τ' εἶναι ἐπιπλέειν μήτε ξύλον μήτε τῶν ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα, ἀλλὰ πάντα σφέα χωρέειν ἐς βυσσόν. τὸ δὲ ὕδωρ τοῦτο εἴ σφί ἐστι ἀληθέως οἷόν τι λέγεται, διὰ τοῦτο ἂν εἶεν τούτωι τὰ πάντα χρεώμενοι, μακρόβιοι.

PF. 23.

Ἡρόδοτος ἐν Μακροβίοις Αἰθίοψι κρήνην ἱστορεῖ, ἀφ' ἧς τοὺς λουσαμένους λιπαίνεσθαι.

I Mela III 88 (85 Aethiop.-Macrob.).

est lacus quo perfusa corpora quasi uncto pernitent. bibitur idem; adeo est liquidus, et ad sustinenda, quae incidunt aut immittuntur, infirmus, ut folia etiam proximis decisa frondibus non innatantia ferat, sed pessum et penitus accipit.

Sol. 30, 11 (9 de Macr.-Aeth.).

est etiam ibidem lacus, quo perfusa corpora velut olivo nitescunt. ex hoc lacu potus saluberrimus. sane adeo liquidus est, ut ne caducas quidem vehat frondes, sed ilico folia lapsa ad fundum demittat laticis tenuitate.

Isid. orig. XIII 13, 2.

in Aethiopia lacus est, quo perfusa corpora velut oleo nitescunt.

II Vitr. VIII 3, 8.

alii autem per pingues terrae venas profluentes uncti oleo fontes erumpunt, uti Solis, quod oppidum est Ciliciae, flumen nomine Liparis, in quo natantes aut lavantes ab ipsa aqua unguntur. similiter Aethiopia lacus est, qui unctos homines efficit, qui in eo nataverint et India . . .

II Plin. n. h. XXXI 17.

. . . ait . . . Polyclitus Lipari iuxta Solos Ciliciae ungui, Theophrastus hoc idem in Aethiopia eiusdem nominis fonte, Lycos in Indis . . .

I. Herodoti narratio duobus modis traditur. § 98.

1. Melam et Solinum apparet communi auctore Latine scribente usos esse, quamquam non omnibus consentiunt. copiosius igitur ille auctor Herodotum secutus rem descripsisse videtur. quis ille auctor Romanus fuerit, Varro an alius, huc non pertinet. Isidorus autem Solino debere videtur, quae narrat.

2. Auctor Sotionis personati initium tantum Herodoti narrationis repetisse videtur sed, quis fuerit, inde cognosci nequit.

II. Fontes unctos oleo nonnullos una conscribunt Vitru- § 99.
vius et Plinius, partim consentientes partim dissentientes. Vitruvius res copiosius describens auctorum nomina omisit, Plinius brevissime res tractans Polycliti Theophrasti Lyci nomina adiecit. quamquam de Indiae fonte dissentiunt et postea diversa tradunt, tamen hoc loco communi auctore docto usi esse videntur. neuter autem multa aquarum mirabilia enumerans unum tantum auctorem adhibuisse videtur, sed modo hunc modo illum secutus esse.

Sicut de Cichropum fonte etiam de hoc Aethiopum Lipari Pli- § 100.
nius et Vitruvius videntur auctore communi usi esse, aliis fortasse auctoribus intercedentibus. sed cum Plinius Theophrasti nomen adiecerit, apparet auctorem Florentinum alio usum esse auctore. vel ut aliis dicam verbis: Isigonum aut a Florentino aut a Romanis illis auctoribus adhibitum esse constat, fortasse autem Isigonus neque eorum neque Sotionis personati auctor fuit. sed cum Sotionem personatum eo in nonnullis rebus describendis usum esse constet, eius fontem Isigonum fuisse non plane abnuo. Vitruvii autem Pliniique auctorem eum fuisse veri dissimile est, cum mirabilium rerum scriptores non tam certa ratione similes aquas composuisse videantur.

Quibus de causis Maximilianum Thiel (99) errasse puto, cum artius cohaerere Vitruvium et Sotionem personatum censeret, quamquam Theophrastum Herodoto usum esse veri simile est.

De Solorum fonte Lipari Polyclitus commemorat etiam apud § 101.
Call. > Antig. 135 [1]) et fortasse Callimacho usus PP. 16. alios fontes pingues enumerat Ath. II 17, 43 a ἐν Ἀσίαι περὶ Τράλλεις καὶ τὸν Χαρακωμήτην ποταμόν, ἔτι δὲ Νῦσαν πόλιν . . ., alios Ap. Rhod. III 224 in Colchorum finibus. cf. de Oxo fluvio p. 64 § 27.

De aquae infirmitate cf. p. 63 § 23, p. 97 § 108—110 et Hofmann I/II p. 47—49.

---

1) legitur autem Polycritus, de cuius auctoris nomine cf. p. 4, 2.

ad PF. 25. PF. 25.

26. § 102. Ἀρίστων δὲ ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐν τῆι Κίωι πηγήν φησιν ὕδατος εἶναι· ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθήτους γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς. εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης τὸ ἐπίγραμμα τοιόνδε·

Vitr. VIII 3, 22.

item est in insula Cia fons, e quo qui imprudentes biberint, fiunt insipientes, et ibi est epigramma insculptum ea sententia, iucundam eam esse potionem fontis eius, sed qui biberit, saxeos habiturum sensus. sunt autem versus hi:

ἡδεῖα ψυχροῖο ποτοῦ λιβάς, ἣν ἀναβάλλει
(ἡδεῖα ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν ἀναβαίνει V.)
πηγή· ἀλλὰ νόωι, πέτρος ὁ τῆσδε πιών.

PF. 26.

ἐν δὲ Σούσοις τῆς Περσίδος ὕδωρ εἶναι λέγουσιν· ὃ τῶν πιόντων ἐκπίπτειν ποιεῖ παραχρῆμα τοὺς ἐμπροσθίους ὀδόντας· κεχάρακται δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐπίγραμμα τόδε·

ὕδατα ταῦτα βλέπεις φοβερὰ ξένε· τῶν ἄπο χερσὶ
(ὕδατα κρανάεντα βλέπεις ξένε, τῶν ἄπο χερσὶν V.)
λουτρὰ μὲν ἀνθρώποις ἀβλαβῆ ἐστιν ἔχειν·
ἢν δὲ βάλῃς κοίλης ποτὶ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ
ἄκρα μόνον δολιχοῦ χείλεος ἀψάμενος,
αὐτῆμαρ πριστῆρες ἐπὶ χθονὶ δαιτὸς ὀδόντες
πίπτουσιν, γενύων ὀρφανὰ θέντες ἕδη.

Vitr. VIII 3, 23.

Susis autem in qua civitate est regnum Persarum, fonticulus est, ex quo qui biberint, amittunt dentes. item in eo est scriptum epigramma, quo significant hanc sententiam, egregiam esse aquam ad lavandum, sed ea si bibatur, excutere e radicibus dentes: et huius epigrammatos sunt versus Graece: v. iuxta.

---

ad PF. 25. Varronem (unde hauserunt Plinius eumque secutus Isidorus)
§ 103. auctorem adhibuisse qui etiam epigramma perscripserit, ex eo licet colligere, quod etiam de fonte Clitorio commemorans talem auctorem videtur adhibuisse.

Vitruvium et Sotionem personatum apparet ex eodem fonte hausisse. sed Aristone idem sit atque Aristides a Vitruvio nomine allatus (3, 27), valde dubitare licet (cf. Thiel 102, Oder 348, 163). Plinius autem non ex eodem fonte hausisse videtur atque Vitruvius, nam e Varronis loco a Plinio allato propter nonnullas varietates (*imprudentes* Vitruvii omis. Plin., *insipientes* V. *hebetes* Pl.) Vitruvium hausisse veri simile non est. (cf. Thiel 92/3).

§ 104. PF. 25 et PV. 34 tam arte inter se cohaerent, ut Vaticanus auctore Florentino usus esse videatur. at auctore Rohdio (30), Thiel (95) Ciliciae nomen posuit irrepsisse e fonte communi auctoris

(25) Parad. Vatic. 34. ad PF. 25.

’Αρίστων δὲ ὁ περιπατητικὸς ἐν τῆι Κιλικίαι πηγήν φησιν 26. § 102.
ὕδατος εἶναι, ἀφ’ ἧς τοὺς πιόντας ἀναισθήτους γίνεσθαι.

Plin. n. h. XXXI 15.

At in Cea insula fontem esse quo hebetes fiant (sc. *bibentium sensus Varro tradit*).

Isid. orig. XIII 13, 3.

In Cio (Ceo Philipp II p. 44) *insula fontem esse dicunt, quo hebetes fiant.*

(26) Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 30 p. 334 Dbg.

ἔστι δὲ καὶ περὶ Σοῦσα ὕδωρ ὅ, ἣν τις πίηι, ἐκβάλλει τοὺς ὀδόντας.

Vaticani et Varronis Ciliciae quandam aquam antea memorantis. § 104.
auctorem enim Vaticanum putat initium prioris cum fine alterius narratiunculae confudisse.

Quod a vero maxime abhorrere videtur. nam auctoribus ita inter se cohaerentibus:



cum non apparet, qua de causa Plinius et Vitruvius dissentiant et qua de causa auctor Florentinus de Ciliciae fonte non commemoret, tum tria illa mirabilia epigrammatis instructa ab Isigono Ciliciae narratiuncula separata Florentinus demum coniunxisset, Vitruvius autem eodem modo Ciliciae fabulam omisisset alio auctore usus.

Quam sententiam falsam esse manifestum est. apparet Vitruvium et Sotionem personatum aliis non separatas tres illas narratiunculas apud communem auctorem (vel alios intercedentes) legisse, Vaticanum autem scriptorem, quod verba cum Sotionis personati maxime congruunt, non ex fonte quodam illius auctoris sed ex opusculo Florentino hausisse. quod autem legimus Κιλικία pro Κίαι vel Κίωι (quod apud Sotionem personatum legitur, quamquam insula Ceos intellegenda videtur, cf. Vitr. *Cia*, Plin. *Cea:* § 102), librarii cuiusdam errato videtur effectum esse ΚΙΑΙΚΙΑΙ, quod monstrum verbi alius mutavit in ΚΙΛΙΚΙΑΙ bis ΚΙΑΙ tantum scriptum, semel delendum esse non recte intellegens, quod facillime accidere potuit, cum litterae A et Λ in codicibus manu scriptis simillimae sint.

Quo fit, ut, unde PF. 25 haustum sit, e PV. 34 nequeat cognosci. Isigono autem cap. 25 deberi quod statuamus, nihil ergo habemus.

§ 105. PF. 25 autem et Vitruvius videntur ex eodem fonte hausisse, quamquam Thiel 95 hoc negavit. Varro autem aut ex Aristonis ipsius libro hausisse videtur aut alium adhibuisse auctorem, qui Aristone usus est, diversum a Vitruvii Sotionisque personati auctore communi.

Ita igitur auctores inter se cohaerent:



De insulae nomine cf. Oder 348, 163. PW. II 954.

ad PF. 26. Recte monuit Thiel (95) non adeo congruere Vitruvii et Sotionis

§ 106. personati verba de **Susorum** fonte referentium, ut nullis intercedentibus auctoribus ex eodem fonte eos hausisse oporteat existimare. sed ex eo quod tria illa mirabilia epigrammatis instructa apud utrumque verbis similibus et ordine non mutato leguntur, concludere licet ex communi fonte eorum descriptiones fluxisse. unde autem Rufus hauserit, perspicuum non est.

Plinius n. h. XXV 20 tradit de fonte simili haec: in Germania trans Rhenum . . . fons erat aquae dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent compagesque in genibus solverentur.

ad PF. 27. ἐν δὲ Ἀλιφάνοι . . .

§ 107. Particula δὲ demonstrari videtur 24—26 Isigono non deberi, nam antea eam non scriptam esse (praeter c. 17 ex Antigono depromptam) supra commemoravi p. 78 et 84. Capiti 27 autem Sotio personatus eam particulam praeposuisse videtur vel consuetudine adductus, cum capitibus 24—26 eam perscripsisset, vel ut inde ab hoc capite denuo Isigonum se esse secutum notaret. nam cum aliis de causis tum propter eam particulam 24—26 Isigono non deberi p. 78 § 59 explicavi.

Sed sicut 13. 14. 21 hoc capite Isigono debito res rarissime tradita refertur. unde Isigonum a permultis vel omnibus rerum scriptoribus mirabilium, qui post eum fuerint, adhibitum esse neminem collecturum esse puto.

Unde autem Paulus Silentiarius hauserit (therm. Pyth. 96—99), cum non solum verba immutaverit sed etiam rem paulo aliam referat, cognosci nequit. scribit enim:

ἐστιν, λέγουσιν, ἄλλο	δῦνον βλέπεις, σε φεῦγον
ἐξ οὗ πιεῖν προκύψας	γῆς μητρὸς ὡς ἐν κόλποις.

Quae narratio et de Tauromenio fluvio (p. 69 § 35) et de aqua, in qua Tantalus stetisse fertur, admonet (cf. Hom. Od. λ 582—587). unde haec fabula hausta sit, ignotum est. an de Allifanis a dis punitis cogitandum est?

De Averno multos auctores commemorasse e locis p. 43 enumeratis cognoscitur. sed folia subsidere (sicut in Aethiopiae fonte Lipari, cf. p. 92 § 97) praeter Sotionem personatum Plinius solus memorat, quamquam etiam complures alii folia non innatare sed puram aquam esse rettulerunt. **ad PF. 28.** **§ 108.**

Plin. n. h. XXXI 21.	PF. 28.
Caelius (sc. tradit) apud nos in Averno etiam folia subsidere, Varro aves, quae advolaverint, emori.	Ἄουερνός ἐστι λίμνη ἐν Ἰταλίαι περὶ Κούμας εἰς ἣν τὰ ἐκ τῆς περικειμένης ὕλης ἐμπίπτοντα φύλλα ἢ κάρφη, ἀφανῆ γίνεται, βυθιζόμενα παραχρῆμα:

Antigonus (152) refert Timaeum quoque de foliis commemorasse, his verbis . . . συνδένδρων τόπων ἐπικειμένων αὐτῆι καὶ πολλῶν κλάδων καὶ φύλλων διὰ τὰ πνεύματα τῶν μὲν κατακλωμένων τῶν δὲ ἀποσειομένων, οὐδέν ἐστιν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῆι ἐφεστηκός, ἀλλὰ διαμένειν καθαράν. **§ 109.**

Inde narrat Timaeo videlicet usus mirabilium auscultationum auctor cap. 102 (108):

περὶ τὴν Κύμην τὴν ἐν Ἰταλίαι λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη Ἄορνος, αὐτὴ μέν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν· περικεῖσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλωι οὐκ ἐλάσσους τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν εἶναι τῶι σχήματι κυκλοτερῆ, τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνυπέρβλητον. ἐκεῖνο δὲ θαυμάσιον φαίνεται· ὑπερκειμένων γὰρ αὐτῆι πυκνῶν δένδρων, καί τινων ἐν αὐτῆι κατακεκλιμένων οὐδὲν ἔστιν ἰδεῖν φύλλον ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἐφεστηκὸς ἀλλ' οὕτω καθαρώτατόν ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τοὺς θεωμένους θαυμάζειν.

Alii autem tradunt folia ne cadere quidem in eum lacum: συναγ. λέξεων χρησ. = Bekk. Anecd. 413, 32—414, 3 = EM. 115, 52.

Apparet MA. 102 et PF. 28 verbis nonnullis congruere. sed Timaeum folia subsidere rettulisse nemo narravit; et Ἄουερνος et Κούμας rationem Latinam secutus scribens ab Aristotele personato dissentit, iis autem, quae de foliis rettulit, cum Caelio (i. e. Coelio Antipatro rerum scriptore) consentit. **§ 110.**

Coelius Timaei narrationem explicare videtur conatus esse eo quod folia non innatare dixit, cum submersae essent.

Sed quomodo factum est, ut Sotionis personati verba partim cum Caelii partim cum mirabilium auscultationum congruant?

§ 111. Primo oportet quaerere, cur pro Κύμη et Ἄορνος scriptum sit Κοῦμαι et Ἄουερνος.

1. Forma Ἄουερνος apud neminem alium legitur, cf. de similibus p. 135. Avernus certe dicebant Romani, Ἄορνος Graeci.

2. Idem de nomine Κοῦμαι statuendum est. cf. p. 140. Κοῦμαι a Graeca lingua abhorret, cum urbs illa Graece Κύμη vocata sit.

Sed qua re commotum auctorem Graecum his formis a lingua Graeca alienis usum esse existimandum est? dixerit aliquis Romanum eum fuisse, sed ne Romanum quidem veri simile est Graeco auctore usum eas formas immutasse. immo, cum rem eandem atque Coelium Antipatrum rettulisse Sotionem personatum constet, fonte Latine scripto auctor Florentinus usus esse videtur. Coelium ergo ab eo adhibitum esse censendum est? immo Plinius Coelii verba apud Varronem legisse videtur, quem ipsum quoque de Averno scripsisse narrat. Varronem rem copiosius enarrasse veri simillimum est, cum Plinium omnia decurtavisse constet. de alio autem auctore Romano de foliis in Averno subsidentibus tradente nemo commemoravit.

§ 112. Quaerendum autem est, quis Sotionis personati auctor fuerit. demonstravi p. 97 verba mirabilium auscultationum aliquam partem similia esse, unde fortasse licet colligere Aristotelis personati auctori haec deberi, oblata sicut PF. 6—10 (p. 66 sqq.) ab Isigono, qui illius verba cum alius auctoris coniunxisse videtur (cf. ad PF. 8 et 17 v. p. 69 § 36, p. 85/6 § 76/9) Latine scil. scribentis.

Varronis ergo an Coelii Antipatris verba cum ceteris coniunxit?

§ 113. At posuit Rose (10) [1]) Isigonum a Varrone adhibitum esse. sed quamquam ceteri auctores recentiores hanc sententiam repetiverunt, tamen a vero abhorrere videtur, cum Plinius, quem Varrone intercedente ex Isigono aquarum mirabilia hausisse censent, neque libro II neque XXXI neque eorum librorum indicibus Isigonum nomine laudaverit. accedit quod, quae Plinius de rebus a Sotione personato Isigono auctore relatis narrat, ea non tam arte cum Isigoni sive Sotionis personati verbis cohaerere videntur, ut Plinium eodem atque Isigonum auctore usum esse censendum sit (v. p. 71 § 41, p. 72 § 45, p. 74 § 50, p. 78 § 58/9, p. 82 § 69/70, p. 86 § 79, p. 88 § 85, p. 93 § 100). demonstrabitur infra Varrone intercedente Plinium Isigono usum esse demonstrari non posse (v. p. 160). vel Isigonum ante Varronem fuisse nulla re demonstratur. immo nonnullis de causis Isigonum

1) primi ante Chr. n. saeculi initio Isigonum floruisse non ab auctoribus antiquis traditum .sed a Roseo fictum est.

post Varronem fuisse puto: non solum quod Plinius in aquis mirabilibus describendis eum non adhibuisse videtur sed etiam quod nonnulla libelli Florentini capita e Varrone Isigono intercedente deprompta esse videntur. sunt haec: 13. 14 (v. p. 80 § 64/5) 27. 28. 36? 37. 38. 39? 41 (v. p. 160). de cap. 28 nunc disserendum. Isigonus, cui hoc caput deberi veri simile est, si fuit Varrone inferior natu, certe Coelii Antipatri librum non ipse perlegit. sed omnino veri simile esse non puto eum Coelii Antipatri librum legisse. et cum Plinius brevius rem descripsisse videatur, nonnulla autem Aristotelis personati auctori deberi videantur, Varronem putare licet ea Isigono (vel Aristotelis personati auctori?) obtulisse, quae non illi sed Coelio deberi apparet.

Sed, non Coelium sed Varronem Isigoni auctorem fuisse cum § 114.
hoc loco ad oculos demonstrari non possit, tamen veri simile esse infra explicandum est (v. p. 159/160). cap. 37 enim non Varronis auctori sed Varroni ipsi debetur.

Cur ceteri, qui de auctoribus Sotionis personati disputaverunt, de hoc loco tacuerint, non plane intellegitur. at certe Isigono auctore Varronem aquarum mirabilia a Plinio ei debita conscripsisse hoc loco demonstrari non potest.

Hofmann autem (I/II, 12/49) recte PF. 28 cum Plin. n. h. XXXI § 115.
21 contulit, sed de ἀόρνοις disputans Sotionem personatum et germanum confudit (IV a. 75 p. 37, cf. Landi, quaestt. 65, 3). Graecos autem ἄορνον eum lacum appellasse (Hofm. 'Αορνός) non reputasse videtur neque de avibus ibi emorientibus cogitasse, cum dicat: *eine kindliche Etymologie leitete den Namen Avernus von ἄορνος ,vogelleer' ab* — etsi falsam hanc notationem esse concedendum est.

Quibus locis Avernum lacum avibus infestum esse referatur, p. 43 indicavi; de aliis aquis avibus infestis cf. p. 92 § 96, de aquae infirmitate cf. p. 63 § 23, p. 92 § 97.

Non solum capite 28 denuo Isigonus eundem auctorem secutus ad PF. 28—
esse videtur atque Aristoteles personatus eandem rem narrans, sed 31. § 116
etiam capita 29—31 cum illo cohaerere videntur:

c. 29: totum, Aristotelis nomine addito, illo auctori videtur deberi.

c. 30: Aristotelis nomen adiectum est, sed verba ex eodem fonte hausta esse videntur, unde auctor Florentinus (vel Isigonus) sumpsit c. 3, duorum auctorum verba coniungens.

c. 31: totum Aristotelis pers. fonti deberi apparet, quamquam auctoris nomen omissum est.

Isigonus haec quoque transtulisse videtur.

De fontibus quibusdam **Siciliae** traduntur haec: ad PF. 29.

§ 117. Callim. > Antig. 139.

I Λύκον δὲ τὸν Ῥηγῖνον λέγειν τὴν μὲν ἐν τῆι Σικανῶν χώραι
(sc. κρήνην) φέρειν ὄξος ὧιπερ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων χρῶνται, τὴν δ' ἐν
II Μυτιστράτωι οἷον ἐλαίωι ῥεῖν· τοῦτο δ' ἔν τε τοῖς λύχνοις κάεσθαι καὶ
δύνασθαι φύματα καὶ ψώραν ἰᾶσθαι, προσαγορευόμενον Μυτιστράτιον.
III πλησίον δ' εἶναι τὴν ἀπὸ μὲν Ἀρκτούρου μέχρι πλειάδος ἀναβάλλουσαν
οὐδενὸς χεῖρον τῶν ἄλλων ὑδάτων, ἀπὸ δὲ πλειάδος μέχρι πρὸς Ἀρκτοῦ-
ρον τῆς μὲν ἡμέρας καπνὸν ἀναφέρουσαν καὶ πνέουσαν θερμόν, ἐν δὲ τῆι
νυκτὶ φλογὸς πληρουμένην.

Athenaeus II 17, 42 e.

I πολλαχοῦ δ' εἰσὶ κρῆναι . . . ἁλμώδεις ἅμα τῶι ὄξει ἐν Σικανοῖς τῆς
II Σικελίας. ἐν τῆι Καρχηδονίων ἐπικρατείαι κρήνη ἐστίν, ἧι τὸ ἐφιστά-
μενον ἐλαίωι ἐστὶν ὅμοιον, μελάντερον δὲ τὴν χρόαν· ὃ ἀποσφαιροῦντες
χρῶνται πρὸς τὰ πρόβατα καὶ τὰ κτήνη.

Plin. n. h. XXXV 179.

II *gignitur et pingue* (sc. *bitumen*) *oleique liquoris in Siciliae Agragan-
tino fonte inficiens rivum. incolae id harundinum paniculis colligunt, ci-
tissime sic adhaerescens, utunturque ea ad lucernarum lumina olei vice,
item ad scabiem iumentorum.*

II Dioscur. de mat. med. I 73.

γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀκραγαντίνων χώραν τῆς Σικελίας ὑγρὸν
ἐπινηχόμενον ταῖς κρήναις, ὧι χρῶνται εἰς τοὺς λύχνους ἀντὶ ἐλαίου, κα-
λοῦντες αὐτὸ Σικελικὸν ἔλαιον· πλανώμενος ἔστι γὰρ ἀσφάλτου ὑγρᾶς
εἶδος.

Solin. 5, 22.

II *in lacu Agrigentino oleum supernatat: hoc pingue haeret harundi-
num comis de assiduo volutabro, e quarum capillamentis legitur ungu-
entum medicum contra armentarios morbos.*

Vitruv. VIII 3, 8.

II *item Carthagini fons in quo natat insuper oleum odore uti scobis
citreae, quo oleo etiam pecora solent ungui.*

PF. 29.

II Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ κατὰ Καρχηδόνα κρήνην εἶναι ἐλαίου προσ-
ηνεστέραν· ἂν δὲ μή τις ἁγνὸς προσίηι, ἐκλείπειν αὐτήν.

MA. 113.

II ἐν δὲ τῆι ἐπικρατείαι τῶν Καρχηδονίων φασὶν ὄρος εἶναι, ὃ καλεῖται
Οὐράνιον· πρὸς δὴ τοῦτον τὸν τόπον κρήνην ἐλαίου φασὶν εἶναι, τὴν δὲ
ὀσμὴν ἔχειν τοῦ κέδρου τοῖς ἀποπτίσμασιν ὁμοίαν. δεῖν δέ φασι τὸν προσ-
ιόντα πρὸς αὐτὴν ἁγνὸν εἶναι, καὶ τούτου γινομένου πλεῖον ἀναβλύζειν
αὐτὴν τὸ ἔλαιον, ὥστ' ἀσφαλῶς ἀρύεσθαι.

III 114. φασὶ δὲ καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν αὐ-

τοφυῆ μεγάλην τῶι μεγέθει· ταύτην οὖν λέγουσιν ἐπειδὰν μὲν ἦι θέρος, φλόγα ἀναπέμπειν πυρός, χειμῶνος δὲ γενομένου ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναρραίνειν οὕτω ψυχροῦ, ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον μηδὲν διαφέρειν. καὶ τοῦτό φασιν οὐκ ἀπόκρυφον οὐδὲ μικρὸν χρόνον φαίνεσθαι ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ ἀνιέναι τὴν θερείαν ὅλην, τὸ δὲ ὕδωρ πάντα τὸν χειμῶνα.

Paul. Sil. therm. Pyth. 147—150. III

δέλτοι φέρουσιν ἄλλην
ὥραι θέρους βαθείαι
πῦρ ἐξ ὀπῆς ἀνίσχειν
χειμῶνος ὕδωρ ῥεῖν δέ.

Sotionem personatum cum mirabilibus auscultationibus cohaerere § 118. facile intellegitur. uterque de puris accedentibus commemoravit, quod apud alios auctores non invenitur. sed multo breviorem reddidit narrationem Sotio personatus. intermittente autem de fonte referre videtur Aristotelis personati auctorem secutus, qui non solum puro maiorem olei copiam oblatam esse, sed etiam impuro accedente aquam intermisisse videtur tradidisse. cuius ergo libro Sotio personatus Aristotelis nomen adiciens id caput debere videtur (cf. Geffcken 85).

Müllenhoff autem (I² 437) e Polycrito a mirabilium auscultationum auctore hanc narrationem esse depromptam existimavit. sed apud Plinium, e cuius narratione n. h. XXXI 17 hoc conclusit, Polycritum non de Siciliae sed de Ciliciae fonte commemorasse traditum est[1]) (cf. p. 93 § 101). tamen fortasse non erravit Müllenhoff, cum MA. 112 ex Polycriti libro haustum sit, quo haud scio an intercedente Lycum adhibuerit Aristoteles personatus (MA. 113/4).

Quod, ni fallor, ex Antigoni verbis concludere licet. nam apparet trium mirabilium aquarum ab eo descriptarum alteram et tertiam ab Aristotele personato, iisdem interdum verbis adhibitis descriptas esse, quas apud Mytistratum Siciliae locum profluere Antigonus refert. quae Schrader (228) et Müllenhoff (I² 436) ex ipsius Lyci libro, Meltzer autem (Neue Jahrbücher 107, 1873, 234—237) Timaeo intercedente inde deprompta esse censuerunt.

Athenaeus autem de primo et altero ab Antigono descripto § 119. fonte commemorat, cum mirabilibus auscultationibus loco indicando congruit (ἐν τῆι Καρχηδονίων ἐπικρατείαι)[2]), cum Antigono autem Si-

1) qui Polycritus historicus fuisse videtur, quem Müllenhoff cum poëta ab Aristotele personato (112) laudato confuderit.

2) erravit Rose Callimachum ab Athenaeo adhibitum esse ratus, cum Antigonus teste Callimacho Mytistrati tantum nomen attulerit, ut Rose ipse notavit (p. 10 a. *).

canorum fontem acidum memorans artius cohaeret, unde colligere licet Athenaei auctorem sicut Callimachum et Aristotelis personati auctorem ipsius Lyci librum adhibuisse.

Similia refert Vitruvius, sed paulo a vero aberravit. nam cum sicut mirabilibus auscultationibus Carthaginiensium fines, utrum Siciliae an Africae intellegendi sint, ab eius auctore non significatum esse videatur, cum in Africa sita sit Carthago, non de Sicilia sed sola de Carthagine commemoravit minus eruditus. de scobis autem citreae odore monens similiter videtur errasse. nam mirabilibus auscultationibus de κέδρου ἀποπτίσμασι commemoratur. citrum ergo et cedrum confudit, nisi librarium aliquem errasse statuamus[1]).

Sed ceteris verbis cum mirabilium auscultationum parum congruentibus demonstratur Vitruvium non mirabiles auscultationes adhibuisse (quae post eius aetatem conscriptae sunt, v. p. 13 a. 6), quod voluit Beckmann (ad MA. 113), sed auctorem Graecum, quem fortasse etiam Athenaeus adhibuit, rem paulo copiosius describentem.

§ 120. Quod autem Plinium Dioscoridem Solinum attinet, re quidem magnam partem cum Athenaeo et Vitruvio consentiunt, sed, cum Agrigenti urbis nomen adiecerint, communem aliquem auctorem ab illorum diversum aliis fortasse auctoribus intercedentibus secuti esse videntur.

Quae cum ita sint, apparet omnibus dissentire auctorem Florentinum ab aliis, quos Rose et Rohde ‚Isigoni compilatores' esse putaverunt, Plinio, Athenaeo, Vitruvio, cum aliam narrationis partem atque hi repetat.

§ 121. Qua de causa maxime miror, quod Isigonum Athenaei auctorem fuisse posuit Rusch (35) his verbis: ‚*Isigonum Athenaei auctorem fuisse inde apparet, quod hic fontis in Carthaginiensi Siciliae parte siti eodem modo mentionem fecit p. 42 c . . . quo Isigonus apud Ps.-Sot. c. 29, quamvis Antigonus Carystius ex Callimacho c. 139 recte commemorarit fontem in Mytistrato Siciliae esse*'.

Qui mirabiles auscultationes non videtur legisse; nam hoc si fecisset, puto eum non adeo diversa eidem auctori deberi existimaturum fuisse.

§ 122. Cuius verba inepta esse Thiel (95—97) cognovit et sub uno conspectu Athenaei Vitruvii Sotionis et Aristotelis personati verba coniunxit. sed Athenaeum Theophrasto usum esse ratus non Lyci narrationem repetere putavit sed Theophrasti Lyco neglecto, Sotionem autem personatum (et Vitruvium) ipsum quoque e Theophrasto hau-

---

1) cf. Olck, citrus, PW. III 2622; Thes. Ling. Lat. III 735, 54/5: cedrius (1206 : 1 citreus, 1208 citrus).

sisse sed falso Aristotelis nomen adiecisse. quod a vero maxime abhorrere e mirabilibus auscultationibus concludi potest, cum quibus multo magis congruant verba Sotionis personati quam cum Athenaei. praeteriit Thielium etiam ab Athenaeo sicut ab Antigono de Sicanorum et Mytistrati fontibus simul mentionem factam esse et ‚Lyci compilatorem‘ eum esse inde quoque colligi posse, quod cum Plinio et Dioscoride cum illo cohaerentibus congruit (cf. Mhoff. I² 436). Theophrastus autem, cuius in hac re tradenda nemo mentionem fecit, re vera de ea non videtur commemorasse.

Quibus de causis et Thielii Theophrasto faventis sententia falsa § 123.
esse videtur et Ruschii faventis Isigono, quem, si re vera de hac re tradidit, Sotionis personati auctorem fuisse veri simillimum est, cum eum Aristotelis personati auctori etiam alias narrationes debere veri simile sit (PF. 6—10. 28. 30/1).

Athenaeum autem et Vitruvium apparet a Sotione personato alienos esse. qua in re locorum tantum nomina spectans valde erravit Landi, quaestt. 67, sed etiam Capelle (365/6, 12) eum vituperans. Theophrastum Aristotelis personati et Vitruvii auctorem communem esse falso contendit. nam et Theophrastum hoc non tradidisse e Wellmanni [1]) verbis apparet et Vitruvius cum mirabilibus auscultationibus praeter odorem scobis citreae memoratum non congruit. accedit, ut etiam Isigonus non ipsum Aristotelem personatum, quod voluit Capelle, adhibuisse videatur sed eius auctorem.

Ita ergo auctores cohaerere videntur: § 124.



Paulus Silentiarius de tertio tantum fonte commemoravit verbis mirabilium auscultationum similibus.

Eiusmodi aquae enumeratae sunt p. 65 § 31.

De fonte **Siciliae** lavantes eiciente commemoraverunt hi: ad PF. 30.

1) cf. p. 15, 1.

§ 125. MA. 112 (122).

φησὶν εἶναι ὁ Πολύκριτος ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν ἔν τινι τόπωι τῆς μεσογείου λίμνιόν τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον. τοῦτο δ' ἔχει ὕδωρ διαυγὲς μὲν μικρῶι δὲ θολερώτερον. εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῆι λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεσθαι εἰς εὖρος, ἐὰν δὲ καὶ δεύτερος, μᾶλλον πλατύνεται· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γενόμενον διευρύνεται. ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβηι, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ὡς δ' ἂν τοῦτο γένηται, εἰς τὸ ἀρχαῖον πάλιν σχῆμα τῆς περιμέτρου καθίσταται. οὐ μόνον δ' ἐπὶ ἀνθρώπων τοῦτο περὶ αὐτὸ γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἐάν τι τετράπουν εἰσβῆι, τὸ αὐτὸ πάσχει.

Paul. Sil. therm. Pyth. 129—138.

φέρει τόπος τις λίμνην
μικρὰν λίαν κυκλώδη,
πρὸς ἣν θέλων λουθῆναι
πεπλησμένην εὑρήσεις·
ἕως δὲ πεντήκοντα
λελουμένους καθαίρει
εἰ δ' αὖτις αὐτῆι πλείους
ἄνδρας φέρει λουθῆναι
ἔξω τρέχουσα ῥίπτει
τοὺς ἀκρίτως τρυφῶντας.

PF. 30.

περὶ Γέλαν τῆς Σικελίας ἔστι λίμνη Σίλλα καλουμένη· ἐλαχίστη τὸ μέγεθος· ἥτις τοὺς ἐν αὐτῆι λουομένους, εἰς τὸ ξηρὸν ἐκρίπτει ὡς ἀπ' ὀργάνου τινός· ὥς φησιν Ἀριστοτέλης.

Tzetzes Hist. VII 144, 670—675.

καὶ Φιλοστέφανός φησιν ἕτερα μὲν μύρια
καὶ Σικελῆι γῆι ῥίπτουσαν λίμνην τοὺς λουομένους.
‚γαίηι δ' ἐν Σικελῶν Τρινακρίδι χεῦμα δέδεικται
αἰνότατον, λίμνη, καίπερ ἐοῦσ' ὀλίγη,
ἰσχυρὸν δίνῃσιν· ὃ πρὶν ποσὶ παῦρα τινάξῃς
αἰφνιδίως ξηρὴν σ' ἤλασεν ἐς ψάμαθον.'

Callim. > Antig. 150, cf. p. 62 § 21.

περὶ δὲ λιμνῶν Κτησίαν μὲν ἱστορεῖν λέγεται τῶν ἐν Ἰνδοῖς λιμνῶν τὴν μὲν τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα ⟨μὴ⟩ καταδέχεσθαι καθάπερ τὴν ἐν Σικελίαι καὶ Μήδοις . . . καί, ἄν τι ἐμπέσηι πλάγιον, ὀρθὸν ἐκβάλλειν . . .

Strab. VI 2, 9 C 275.

περὶ Ἀκράγαντα δὲ λίμναι τὴν μὲν γεῦσιν ἔχουσαι θαλάττης τὴν δὲ φύσιν διάφορον. οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀκολύμβοις βαπτίζεσθαι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζουσιν.

Seneca n. q. III 25, 5.

Quosdam lacus esse, qui nandi imperitos ferant, notum est: erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum [lacus Asphaltites intellegendus esse videtur], *in quo natant lateres et mergi proiecta non possunt, licet gravia sint.*

Plin. n. h. XXXI 22.
omnia fluitant, nihil mergitur, . . . in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit.

Apparet duabus rationibus diversis hunc lacum ab auctoribus describi: § 126.

Strabo, Seneca, Apio apud Plinium auctore Ctesia (ap. Antig.) omnia fluitare, nihil mergi commemorant.

Sotio autem personatus ‚Aristotelem‘, Aristoteles personatus Polycritum secutus ex eodem fonte hausisse videntur atque Paulus Silentiarius; e simili autem Tzetzes auctore Philostephano, cuius versus affert. qui omnes lavandi causa inmersos ab aqua illa eici tradiderunt.

Sed quamquam Sotionem personatum cum Polycrito Aristotelis § 127. personati auctore et cum Philostephano cohaerere constat parvam illam aquam esse memorantem et vocem ξηρός sicut Philostephanum adhibentem — Aristoteles enim personatus et Philostephanus Aristotelem ipsum (fortasse a Sotione personato laudatum) adhibuisse videntur — tamen non solum Aristotelis personati auctorem, sed alium quoque auctorem ab eo adhibitum esse existimo.

Nam Antigonus Callimacho auctore partem tantum narrationis a Ctesia perscriptae tradidisse videtur, sicut de Indico fonte eodem loco descripto copiosam Ctesiae narrationem Photius servavit. cf. p. 61/2 § 21. unde non solum verba ὥς ἀπ' ὀργάνου sumpta esse videntur, quae etiam in Indici illius fontis descriptione Ctesia (sine dubio) auctore adhibuit, sed etiam nomina Gela et Silla[1]), vel nomina ea ab auctore Ctesiana Sotioni personato offerente addita esse videntur; Sillam autem nomen iniuria irrepsisse puto. quod e Ctesiae narrationibus ab aqua illa Indica omnia ad fundum demittente (v. p. 52) nescio quo pacto ad Siciliae illum lacum translatum esse videtur, quem Apio (ap. Plin.) Phinthiam iure, ut videtur, appellavit.

Quo fit, ut Isigonum sicut capita 8. 17. 28 hoc quoque duos § 128. auctores secutum conscripsisse putem: et auctorem Aristotelis personati, quem Aristotelis nomine adiecto significavisse videtur[2]), et auctorem eum ignotum, qui Ctesianam narrationem capitis 3 ei obtulit. similiter autem capita 29/30 = MA. 113/2 composita sunt atque

---

1) et verba εἰς τὸ ξηρὸν ἐκρίπτει sicut scribit Ctes. ap. Phot. ἐκρίπτει εἰς τὸ ξηρόν de fonte Indico v. p. 62 § 21. quae huc pertinere videntur, quamquam Photius de Indico fonte solo memorat, cum e Callimachi verbis concludi posse videatur, simul Indicum et Sicelicum fontem a Ctesia descriptum esse.

2) errat Capelle (365, 12) scribens . . . *Ps. Sot. 30, wo zwar Aristoteles, d. h. die θ. α., zitiert werden.* cf. p. 151.

capita 7/8 = MA. 56/7 (v. p. 66 § 32, p. 69 § 36). ut autem cum Aristotele personato et Philostephano Sotio personatus cohaereat, ideo effectum esse puto, quod, sicut supra memoravi, communi auctore usi sunt Aristotele. fortasse autem inter Aristotelem et Aristotelem personatum non solum Polycritus intercessit sed etiam ab eo adhibitus Lycus Rheginus (cf. MA. 113 et PF. 29 p. 100—103 § 117. 118. 124). Aristotelem autem non solum Ctesia sed etiam alio auctore de Sicilia referente usum esse existimandum videtur.

§ 129. Ita igitur auctores inter se cohaerere videntur:



Hofmann I/II 12 et 49/50 eandem aquam intellegendam esse non vidit. — de aquis similibus cf. p. 63 § 23.

ad PF. 31. Traduntur de lacu ad **Eridanum** sito ἀόρνωι haec:

§ 130. MA. 81 paene iisdem verbis repetita a Steph. Byz. s. v. Ἠλεκτρ. ἐν ταῖς Ἠλεκτρίσι νήσοις . . . ταύτας δὲ τὰς νήσους φασὶ προκεχωκέναι τὸν Ἠριδανὸν ποταμόν. ἔστι δὲ καὶ λίμνη, ὡς ἔοικε, πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα καὶ χαλεπὴ ἀποπνεῖ, καὶ οὔτε ζῷον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει, ἔχει δὲ τὸν μὲν κύκλον σταδίων διακοσίων τὸ δὲ εὖρος ὡς δέκα. μυθεύουσι δὲ οἱ ἐπιχώριοι Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην. εἶναι δ' ἐν αὐτῆι αἰγείρους πολλάς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. τοῦτο δὲ λέγουσιν . . .

PF. 31.

περὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν ἔστι λίμνη κατὰ τὰς Ἠλεκτρίδας νήσους ὕδωρ ἔχουσα θερμὸν ὀσμὴν δὲ βαρεῖαν, ἀφ' ἧς οὐδὲν ζῷον γεύεται.

Schol. Lycophr. Alex. 704 = Ps. Phavor. 219, 11—14 (1538). καὶ ὁ μὲν Λυκόφρων λίμνην λέγει τὴν Ἄορνιν καὶ ἕτεροί τινες περὶ

1) cf. Capelle 366, 12.

τὸν Ἠριδανὸν λίμνην θερμὴν ὀζώδη φασίν, ἧς οὐδὲν ζῶιον γεύεται· τελευτᾶι γάρ. ἐκεῖ δὲ λέγουσι γενέσθαι τὰ κατὰ Φαέθοντα ἐκεῖ καὶ αἴγειροι ἵστανται κατάγουσαι ἤλεκτρον.

Paul. Sil. therm. Pyth. 116—123.

θερμὰ προχεῖ δὲ λίμνη	ἐκεῖ λέγουσιν εἶναι
ὡς μὴ πίνεσθαι ζώιοις·	πολλὰς φυτῶν αἰγείρους
ὄζει γὰρ ὥς τι πῦον	ἤλεκτρον ἐξαγούσας
ἢ σῆψις ἄλλης ὕλης.	τὸ χρυσόμορφον εἶδος.

Sotionis personati narrationem apparet Aristotelis personati § 131.
auctori [1]) deberi, Isigono scilicet intercedente [2]), quem etiam Lycophronis aliqui commentator adhibuisse videtur, e cuius libro scholii verba excerpta sunt cum Sotionis personati congruentia (περὶ [παρὰ] τὸν Ἠριδ. — γεύεται). sed copiosius Isigonus de ea re videtur commemorasse quam auctor Florentinus. Paulum Silentiarium autem Aristotele personato vel eius auctore usum esse manifestum est.

Aristotelis personati auctor Timaeus [3]) fuisse videtur, etiam ab Apollonio Rhodio eundem lacum describente adhibitus (Arg. IV 595—601. 618—621).

Latine scripta cum his cohaerentia non exstant. Tamen Ro- § 132.
mani de hac aqua commemorasse videntur, sed neque Timaeum neque Aristotelem personatum secuti, immo Müllenhoff I[2] 220 errasse non videtur ratus A p o n u m a multis auctoribus Romanis descriptum eundem esse atque illum lacum ad Eridanum situm. enumeravi auctorum Romanorum locos p. 43.

Scribit Herodotus VII 109 ad finem: ad PF. 32.
κατὰ δὲ Ἄβδηρα λίμνην . . . μετὰ δὲ ταύτας τὰς χώρας Θασίων τὰς § 133.
ἠπειρώτιδας πόλις παρήιε [sc. Ξέρξης], τῶν ἐν μιῆι λίμνη ἐοῦσα τυγχάνει ὡσεὶ τριήκοντα σταδίων μάλιστά κηι τὴν περίοδον, ἰχθυώδης τε καὶ κάρτα ἁλμυρή. ταύτην τὰ ὑποζύγια μοῦνα ἀρδόμενα ἀνεξήρηνε. τῆι δὲ πόλι ταύτηι οὔνομά ἐστι Πίστυρος.

et PF. 32:

τὴν κατὰ Ἄβδηρα λίμνην **Κόστειρον** καλουμένην φασὶ τὸ Ξέρξου στράτευμα πῖνον ἀναξηρᾶναι:

Unum vel complures, vel brevius vel neglegentius rem repetentes inter Herodotum et Sotionem personatum intercessisse apparet. sed quis eius auctor fuerit, ex nulla re cognoscere licet, quamquam fortasse de auctore capitis 23 cogitare licet, v. p. 92/3 § 97 sqq.

Deinde ab auctore incerto scholio ad Lycophr. Alx. 1424 He-

1) cf. p. 72 § 45, p. 99 § 116, p. 151/159. cf. Capelle 365, 12.
2) cf. p. 97 § 109, p. 151/159.
3) cf. PhU. XIII 83 sqq. et quae ibi laudantur ab aliis de hoc capite scripta.

rodotum aliosque adhibente de aquis nonnullis commemoratum est, de quibus idem traditum erat.

ad PF. 33. Legitur apud PF. 33:

§ 134. Ἱερώνυμος ἱστόρησεν ἐν τῆι Ναβαταίων χώραι τῶν Ἀράβων εἶναι λίμνην πικράν· ἐν ἧι οὔτ' ἰχθῦς οὔτε ἄλλο τι τῶν ἐνύδρων ζώων γίνεσθαι: ἀσφάλτου δὲ πλίνθους ἐξ αὐτῆς αἵρεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων.

Legitur idem apud Diodorum II 48, 6/7 maximam partem verbis cum XIX 98 congruentibus. sed initium in altero tantum libro legitur:

6. ἔστι δ' ἐν τῆι χώραι τῶν Ναβαταίων καὶ πέτρα . . . λίμνη τε μεγάλη φέρουσα πολλὴν ἄσφαλτον, ἐξ ἧς λαμβάνουσιν οὐκ ὀλίγας προσόδους.

7. αὕτη δ' ἔχει τὸ μὲν μῆκος σταδίων ὡς πεντακοσίων, τὸ δὲ πλάτος ὡς ἑξήκοντα, τὸ δ' ὕδωρ δυσῶδες καὶ διάπικρον, ὥστε μὴ δύνασθαι μήτ' ἰχθὺν τρέφειν μήτ' ἄλλο τῶν καθ' ὕδατος εἰωθότων ζώιων εἶναι. ἐμβαλλόντων δ' εἰς αὐτὴν ποταμῶν μεγάλων τῆι γλυκύτητι διαφόρων τούτων μὲν περιγίνεται κατὰ τὴν δυσωδίαν, ἐξ αὐτῆς δὲ μέσης κατ' ἐνιαυτὸν ἐκφυσᾶι ἀσφάλτου μέγεθος ποτὲ μὲν μεῖζον ἢ τρίπλεθρον ἔστι δ' ὅτε δυοῖν πλέθρων . . . .

Libro autem undevicesimo deinde, cum de asphalto et regionis formis disseruerit, quomodo asphaltus comparetur, enarrat. in fine narrationis haec leguntur, cap. 100:

ὁ δ' Ἀντίγονος . . . . ἐπὶ δὲ τῶι κατασκέψασθαι τὴν λίμνην καὶ δοκεῖν εὑρηκέναι τινὰ τῆι βασιλείαι πρόσοδον ἐπαινέσας ἐπὶ μὲν ταύτης ἐπιμελητὴν ἔταξεν Ἱερώνυμον τὸν τὰς ἱστορίας συγγράψαντα, τούτωι δὲ συνετέτακτο πλοῖα παρασκευάσασθαι καὶ πᾶσαν τὴν ἄσφαλτον ἀναλαβόντα συνάγειν εἴς τινα τόπον.

§ 135. Apparet Hieronymum Diodori quoque fuisse auctorem; sed cum eo usus rem tam copiose enarraverit Diodorus, inter Hieronymum et Sotionem personatum alius auctor pauca tantum excerpens intercessisse videtur, quem verba Hieronymi optime servasse manifestum est.

Inter Diodorum et Hieronymum Posidonium intercessisse ratus Oder (336/7, a. 145) errasse videtur, cum Posidonii verba a Strabone repetita a Diodori verbis maxime discrepent. cf. Krumbholz, Rh. Mus. 44, 291 sqq.; Hölscher, QF. V 48/9.

§ 136. Vitruvium autem et Sotionem personatum artius inter se cohaerere[1]) putat Thiel (96/97), cum legantur apud Vitr. VIII 3, 8 haec:

Item Iope in Syria Arabiaque Nomadum lacus sunt inmani magni-

---

1) cf. etiam Landi, quaestt. 67, 2: qui neglegenter de *bituminoso fonte Arabico* scribit.

tudine qui emittunt bituminis maximas moles, quas diripiunt, qui habitant circa.

Et iure Thiel monuit ea valde congruere cum Diodori verbis his (XIX 99):

ἄσφαλτον οἱ περιοικοῦντες ἁρπάζουσιν.

Sed cum Vitruvius neque de Nabataeis neque de Hieronymo commemoraverit, artius eum cum Sotione personato cohaerere non puto, certe non ex eodem fonte (aliis auctoribus non intercedentibus) hauserunt. Sed Vitruvii quoque verba magna ex parte Hieronymo deberi manifestum est, auctore autem videtur usus esse etiam de aliis eiusmodi lacubus commemorante sicut Sen. n. q. III 25, 5.

Quae autem Hieronymum secuti de animalibus carente lacu et Dio- § 137.
dorus et Sotio personatus tradunt, apud Hegesippum quoque Latine versa et repetita sunt, inserta Iosephi descriptioni (B.J. IV 476 sqq.): Heg. IV 18: *denique neque pisces neque assuetas aquis et laetas mergendi usu patitur aves.*

Similia dicit Tac. hist. V 6, Isidorus autem (orig. XIII 19, 3) et Beda (liber de loc. sanct. 11) Hegesippi verba repetierunt.

Hieronymo autem non usi de mari mortuo sive lacu Asphaltite § 138.
commemoraverunt cum alii tum Aristoteles met. II 3, 359 a 16—22[1]), Zenophilus (?[2]) (ap. Antig. 151.), Eratosthenes et Posidonius (ap. Strab. XVI 2, 42 C 763/4), Plinius n. h. II 226. VI 71/2, VII 65. XXXV 178 diversos auctores secutus. copiosissime autem Iosephum hunc lacum descripsisse memoravi p. 12 a. 7.

Utrum Isigonus inter Hieronymum et Sotionem personatum § 139.
intercesserit an alius auctor, discerni non posse videtur, quod nulla re, ut ponamus adducimur, ne negemus impedimur.

Multorum autem auctorum eorum locos, qui de hac re scripserunt, quotquot repperi, p. 44 enumeravi. non omnes enumeravit Hofmann I/II 14. 51/2, IV 26/7. 32 nonnullis errans et ad textum et ad historiam litterarum pertinentibus.

Utrum Isigono an alio auctore intercedente ad Sotionem perso- **ad PF. 34.**
natum narratio de **Strymone** conscripta pervenerit, cum alii auc- **§ 140.**
tores de hac re non commemoraverint, discerni non potest.

Similiter narrat Pausanias (X 8, 10) Lilaeos πέμματα, quae vocantur, in Cephisum Boeotiae flumen deiecisse, quae in Castalia fonte Delphico postea viderentur.

Saepius vas cruentum in Clepsydram arcis Athenarum fontem narratur cecidisse et in Phalerico emersisse: Ister (τὰ παρὰ

1) cf. P. Bolchert, QF. XV p. 25—27.

2) de nomine cf. quem laudat Tzetzes Ζηνόθεμιν p. 20, 1.

τοῖς συγγραφεῦσιν ἀναλεγόμενος lib. XII fr. 11) ap. Schol. RV Aristoph. av. 1694); Hesych. K 2940 Κλεψίρρυτον ὕδωρ (Callimacho auctore, cf. Schneider, Callimachea II 744, fr. anon. 183) re paulo permutata; Schol. R Aristoph. Lys. 911 Clepsydrae aquam sub terra narrat fluere: εἰς τὸν Φλεγρεώδη λειμῶνα; Plinius autem auctorem secutus ignotum refert n. h. II 225: *‚quae in Aesculapi fonte Athenis mersa sunt, in Phalerico redduntur.‘*

Eadem ratione Alpheus et Arethusa cohaerere credebantur testibus Pindare et Timaeo ap. Call. > Antig. 140. Pol. XII 4 d. Strab. VI 2, 4 C 270. Mela II 117. Sen. n. q. III 26, 5/6. Serv. ad Verg. Aen. III 672 sqq. Schol. Theocr. I 117. ceteri loci permulti, quibus auctores antiqui de Alpheo in Arethusam defluente disseruerunt, collecti sunt a Wentzelo PW. I 1633—1636 et Huelseno ibid. II 680, 11.

Etiam aliae aquae sub terra confluere credebantur. enumeraverunt magnum numerum Seneca n. q. III 26, 4 et Plinius n. h. II 225, magis autem mirabilia Strabo VI 2, 4 C 271 partem aliquam etiam ab aliis memorata.

Inter ceteras eiusmodi narratiunculas memorandi digna videtur tradita a Iosepho B. J. III 512 (Niese), qui refert Philippum Trachonitidis tetrarcham Phialae et Panei aquas confluere sub terra demonstrasse paleam in Phialam deicientem, quam in Paneo emersisse et ex illo tempore non Paneum sed Phialam Iordanis fontem esse creditam esse.

De quo aquarum genere cf. R. Unger, Thebana Paradoxa, Coroll. V p. 367 sqq. et Kretschmer p. 78 sqq.

ad PF. 35. § 141. Non solum de eo **Bospori** fluvio ab aliis non commemoratum est sed etiam, quis Phaëthon sit, nemo rettulit. vix Müllerum recte puto Philostephanum intellegendum esse censuisse (FHG. III p. 32 fr. 27).

De aliis eiusmodi aquis nemo tradidit, quamquam frigorem aquarum mirabilem non raro tetigerunt auctores antiqui.

ad PF. 32—35. § 142. Quamquam de lacu Asphaltite permulti commemoraverunt, tamen Diodorum tantum et fortasse Vitruvium eodem auctore atque PF. usum esse apparet. de Cystiro Herodoti tantum exstat narratio, unde hausit Sotio personatus; de Strymone et Bospori flumine alia testimonia non exstant. num re vera existimandum est, Isigonum, quem Rose, Rohde, Rusch a permultis auctoribus adhibitum esse putaverunt, haec perscripsisse? quid de his locis existimaverint, non indicaverunt. fortasse autem e particula δὲ in cap. 36 adhibita aliquid colligere licet. capita 28—31 cum mirabilibus auscultationibus cohaerere videntur, 36—39 cum Varrone. a vero abhorrere non

puto etiam 32—35 e communi fonte hausta esse rerum scriptores nonnullos adhibente.

Quem fontem Sotio personatus ipse an Isigonus adhibuit? capitis 36 particulam δὲ Sotionem personatum puto inseruisse, ut inde a capite 36 alio auctore se usum esse appareat. Quae non hoc loco sed in totius libelli Florentini conspectu discerni oportet; v. p. 161, 6. 161, 2.

De urbe **Amyclis** a serpentibus deleta praeter Sotionem perso- **ad PF. 36.** natum nemo Graecus videtur commemoravisse. at apud auctores **§ 143.** Romanos complures de hac re narrationes exstant hae:

Servius in Verg. Aen. X 564.

Tacitis regnavit Amyclis] inter Caietam et Terracinam oppidum constitutum est a Lacedaemonibus, qui comites Castoris et Pollucis fuerunt. . . . et ab Amyclis, provinciae Laconicae civitate, ei inditum nomen est. Lacones itaque isti cum secundum Pythagoream sectam a caede omnium animalium abstinerent — unde Iuvenalis cunctis animalibus abstinuit qui tamquam homine — et ex vicinis paludibus natos serpentes occidere nefas putarent, ab iisdem interempti sunt: unde Amyclas tacitas dicit.

Solin. 2, 32.

deinde Amunclas, quas Amyclas ante Graeci condiderunt, serpentes fugavere.

Plin. n. h. III 59.

dein flumen Aufentum, supra quod Terracina oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum, et ubi fuere Amyclae, sive Amynclae, a serpentibus deletae. dein locus speluncae, lacus Fundanus, Caieta portus.

VIII 104.

M. V a r r o auctor est, suffossum in Hispania oppidum . . . in Italia Amynclas a serpentibus deletas.

PF. 36.

περὶ δὲ Ταρρακίναν τῆς Ἰταλίας φησὶν Ἰ σ ί γ ο ν ο ς λίμνην εἶναι Μυκλαίαν καλουμένην καὶ παρ' αὐτῆι πόλιν ἔρημον· ἧς τοὺς ἐνοικοῦντας στερηθῆναι τῆς πόλεως διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὕδρων.

Cum Plin. III cum Plin. VIII verbis congruat, licet putare **§ 144.** Plinium non solum, quae in libro octavo narrat, Varroni debere sed etiam, quae in libro tertio leguntur. deinde cum Plin. III Servius consentit locum inter Caietam et Terracinam fuisse enarrans. qua de causa Servium quoque etsi non omnia tamen nonnulla Varroni debere apparet.

Sotio autem personatus cum Servio nonnullis consentit et cum Varrone (cum Servio: *paludes* — λίμνη, *Lacones* . . . — ἐνοικοῦντες,

Terrac. — Ταρρακ.; cum Varrone: *in Italia* — τῆς Ἰταλίας. ἔρημος — *deletus.*

Sed quomodo auctores inter se cohaerent? num Isigono auctore Varro rem descripsit, eumque adhibentes ceteri Romani?

Nemo tam inepta censuit, nam Isigonum apparet praecipue de lacu Myclaeo sive Amyclaeo disputasse, de quo ceteri non commemoraverunt, vel, ut Servius paludes memorans, tetigerunt tantum. immo Isigonus videtur sicut in capitibus 1. 4. 12 conscribendis e rerum gestarum vel fabularum aliqua descriptione aquae mirabilis causa illa descripsisse. Varronem igitur et ceteros eum adhibuisse a veri simili abhorret, cum fabulas illas servaverint. Isigonum autem apparet e fonte hausisse, quo similia enarrata erant atque apud Varronem, ne dicam ipsum Varronem Isigoni auctorem fuisse. sed Varronis auctorem vel alium ‚Varronis compilatorem' Isigoni auctorem fuisse, quamquam veri simile esse non videtur, non plane abnuo. sed de hoc capite solo discerni non potest; contra oportet cum aliis locis conferri, quibus de mirabilibus Italiae rettulit Isigonus; v. p. 160.

PF. 37. 38. De lacu **Benaco, Cutiliensi, Vadimonis** haec leguntur:

§ 145. PF. 37. ἐπὶ τῆς ἐν Ἰταλίαι λίμνης καλουμένης μὲν Βηνάκου· οὔσης δὲ τὸ περίμετρον σταδίων φ', νῆσός ἐστιν οἰκουμένη κατάφυτος δένδρεσιν ἡμέροις ἐπινηχομένη καὶ μεταβαίνουσα πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων φοράς: τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν ἑτέραι λίμνηι τῆς Ἰταλίας Κουτιλίαι καλουμένηι γίνεται:

38. ἔστι δὲ καὶ λάκκος Οὐαδίμωνος καλουμένη λίμνη οὐ μεγάλη ἐν Ἰταλίαι ὁμοίως ἔχουσα νησία πλείονα πάσηι πνοῆι μετακινούμενα:

Sen. n. q. III 25, 8/9.

ipse ad Cutilias natantem insulam vidi et alia in Vadimonis lacu vehitur (lacus in Statoniensi est). Cutiliarum insula et arbores habet et herbas nutrit: tamen aqua sustinetur et in hanc atque illam partem non vento tantum sed aura impellitur, nec umquam illi per diem et noctem uno loco statio est: adeo movetur levi flatu. 9. *huic duplex causa est: aquae gravitas medicatae et ob hoc ponderosae, et ipsius insulae materia vectabilis, quae non est corporis solidi quamvis arbores alat. fortasse enim leves truncos frondesque in lacus sparsas pinguis humor apprehendit ac vinxit.*

Plin. n. h. II 209.

quaedam insulae semper fluctuantur, sicut in agro Caecubo et eodem Reatino, Mutinensi, Statoniensi, in Vadimonis lacu, ad Cutilias aquas opaca silva, quae numquam die ac nocte eodem loco visitur, in Lydia, quae vocantur Calaminae, non ventis solum sed etiam contis, quo libeat, inpulsae. v. p. 118 init.

III 109.

in agro Reatino Cutiliae lacum, in quo fluctuetur insula, Italiae umbilicum esse, M. Varro tradit.

Varro de ling. lat. V 71.

et lymphae † comitiis ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur.

Macrob. sat. I 7, 28.

nec illam causam, quae Saturnalibus adsignatur, ignoro, quod Pelasgi, sicut Varro memorat, cum sedibus suis pulsi diversas terras petissent, confluxerunt plerique Dodonam et incerti, quibus haererent locis, eiusmodi accepere responsum:

στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατούρνιον[1]) αἶαν
ἠδ' Ἀβορειγενέων[2]), Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται
οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμπετε Φοίβωι
καὶ κεφαλὰς Ἅιδηι[3]) καὶ τῶι πατρὶ πέμπετε φῶτα.

acceptaque sorte cum Latium post errores plurimos appulissent, in lacu Cutiliensi enatam (natantem?) *insulam deprenderunt, amplissimus enim caespes, sive ille continens limus seu paludis fuit coacta compage virgultis et arboribus in silvae licentiam comptus, iactantibus per omnem lacum fluctibus vagabatur (ut fides ex hoc etiam Delo facta sit, quae celsa montibus, vasta campis, tamen per maria migrabat). hoc igitur miraculo deprehenso has sibi sedes praedictas esse didicerunt . . .*

Dionys. Halic. ant. Rom. I 15.

1. ἀπὸ δὲ σταδίων ἑβδομήκοντα Ῥεάτου Κοτυλία πόλις ἐπιφανὴς πρὸς ὄρει κειμένη· ἧς ἐστιν οὐ πρόσω λίμνη τεττάρων πλέθρων ἔχουσα τὴν διάστασιν, αὐθιγενοῦς πλήρης νάματος ἀπορρέοντος ἀεί, βάθος, ὡς λέγεται, ἄβυσσος. ταύτην ἔχουσάν τι θεοπρεπὲς ἱερὰν τῆς Νίκης οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσι καὶ περιείρξαντες κύκλωι στέμματι τοῦ μηδένα τῶι νάματι πελάζειν ἄβατον φυλάττουσιν, ὅτι μὴ καιροῖς τισι διετησίοις, ἐν οἷς ἱερὰ θύουσιν ἃ νόμος ἐπιβαίνοντες τῆς ἐν αὐτῆι νησῖδος οἷς ὅσιον.

2. ἡ δὲ νῆσός ἐστι μὲν ὡσπερὰν πεντήκοντα ποδῶν τὴν διάμετρον, ὑπερανέστηκε δὲ τοῦ νάματος οὐ πλεῖον ἢ ποδιαῖον ὕψος· ἀνίδρυτος δ' ἐστὶ καὶ περινήχεται πολλαχῆ δινοῦντος αὐτὴν ἄλλοτε κατ' ἄλλους τόπους ἠρέμα τοῦ πνεύματος. χλόη δέ τις ἐν αὐτῆι φύεται βουτόμωι προσεμφερὴς καὶ θάμνοι τινὲς οὐ μεγάλοι, πρᾶγμα κρεῖττον λόγου τοῖς ἀθεάτοις ὧν ἡ φύσις δρᾶι καὶ θαυμάτων οὐδενὸς δεύτερον.

19, 2. καὶ οἱ μὲν Ἀβοριγῖνες ἅτε πολεμίοις ἐδικαίουν αὐτοῖς προσφέρεσθαι καὶ συνήεσαν ἐκ τῶν ἔγγιστα χωρίων διὰ τάχους ὡς ἐξαναστήσοντες αὐτούς· οἱ δὲ Πελασγοί (τυγχάνουσι γὰρ ἐν τούτωι τῶι χρόνωι

1) Σατόρνιον D. H.; St. B. 2) Ἀβοριγινέων D. H.; St. B.
3) Κρονίδηι D. H.; St. B.

κατὰ δαίμονα περὶ Κοτυλίαν [Κοτύλην A] πόλιν Ἀβοριγίνων αὐλισάμενοι πλησίον τῆς ἱερᾶς λίμνης), ὡς δὲ τήν τε νησῖδα τὴν ἐν αὐτῆι περιδινουμένην κατέμαθον καὶ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων, οὓς ἐκ τῶν ἀγρῶν ἔλαβον, ἤκουσαν τὸ τῶν ἐπιχωρίων ὄνομα, τέλος ἔχειν σφίσι τὸ θεοπρόπιον ὑπέλαβον.

3. ὁ γὰρ ἐν Δωδώνηι γενόμενος αὐτοῖς χρησμός, ὅν φησι Λεύκιος Μάλλιος ἀνὴρ οὐκ ἄσημος αὐτὸς ἰδεῖν ἐπί τινος τῶν ἐν τῶι τεμένει τοῦ Διὸς κειμένων τριπόδων γράμμασιν ἀρχαίοις ἐγκεχαραγμένον, ὧδε εἶχε. v. p. 113.

Steph. Byz. s. v. Ἀβοριγῖνες, p. 7/8 M.

. . . ἔθνος Ἰταλικόν, ὡς Ἰόβας, ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτωι . . τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ . . . ἀλλὰ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς . . . ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κλίσις ἐν χρησμῶι κειμένη, ὃν αὐτὸς παρατίθησιν . . . ἔχει δ' ὁ χρησμὸς οὕτως· v. p. 113.

Denique de lacu Vadimonis:

Plin. ep. VIII 20, 3. *lacus nomine Vadimonis* . . . 5. . . . *innatant insulae herbidae* . . . 6. . . . *interdum discordantibus ventibus diguntur* . . . 8. *quo tulerit ventus.* (ex descriptione copiosa excerpta sunt.)

§ 146. Cohaerent cum Sotione personato Plinius (II 209) et Seneca nonnullas lacubus innatantes insulas eodem fere ordine enumerantes, quamquam non omnes de omnibus commemorant. quod Plinius plures enumerat quam Seneca, mirum non est, nam etiam apud Sotionem personatum nonnulla de lacu Benaco narrantur, de quo Plinius non commemoravisse videtur, qui simul de Lydiae insulis in lacu natantibus refert, quas Sotio quoque personatus post lacum Vadimonis describit (v. p. 117/8 § 154).

Quomodo autem haec congruentia effecta est? collatis Plin. II 209 et III 109 cognoscitur veri simillimum esse, quae Plinius II 209 tradit, ipsa quoque Varroni deberi. si autem Varroni haec Pliniana debentur, Senecae quoque verba licet ad eum referre. qui praeter Plinium solus de lacu in agro Statoniensi sito memorat, quem aliqui librarius videtur falso eundem ac Vadimonis esse scripsisse (cf. Nissen, Ital. Landeskunde II 335). diligentius et Plinius et Seneca lacum Cutiliensem descripserunt, quem a Varrone aliis quoque locis descriptum esse mirum non est, cum Reatinus esset, Reate autem oppidum prope a Cutiliis situm (cf. Plin. n. h. II 209. III 109. D. Hal. AR. I 15, 1 : § 145).

§ 147. Macrobii narratio aliqua ex parte cum fine narrationis Senecae consentit. Dionysium autem Halicarnassensem apparet ipsum quoque Varrone usum esse. nam de Pelasgis idem narrat atque Macrobius Varronem nomine afferens. et ne Dionysium Graeco auctore

aliquo usum esse putes, a Varrone quoque adhibito, versus illos Dodonaeos offerente, ipse Dionysius monet Lucium Manlium de illis versibus commemoravisse narrans. qui L. Manlius, vel potius Manilius itinerarium videtur conscripsisse narrationibus mirabilibus refertum a Varrone adhibitum (cf. Schanz I³ 2 [1909] 507/8). Romano apparet Varronem debere auctori, quae non ab ipso visa descripsit.

Festus autem, cum Graecum nomen Κοτύλην indicaverit, eodem Varronis loco usus esse videtur, quo Macrobius et Dionysius, versus Graecos continente.

Sotio personatus quamquam copiosam descriptionem Benaci lacus esse dicit, tamen haud scio an, quae auctor eius de lacu Cutiliensi tradiderit, ad Benacum transtulerit. nam verba κατάφυτος — φορᾶς respondent Senecae ‚*arbores — impellitur*'. certe autem Seneca, quamquam ipse lacum Cutiliensem vidit, verbis ex fonte suo haustis rem describere potuit. ipsius autem verba haec tantum esse videntur: ‚*adeo movetur — vectabilis*', finis autem descriptionis, cum Macrobii similis sit, Varroni videtur deberi, sed fortasse ex alio Varronis loco depromptus esse. § 148.

Sotionis autem personati et Senecae consensus eo effectus esse videtur, quod eodem auctore usi sunt. sed quis fuit is auctor? Varronem Senecae auctorem esse a veri simili non videtur abhorrere et cum non solum rebus iisdem nonnullis narratis sed etiam verbis adhibitis maxime consentiat cum Sotione personato, fontem Sotionis personati apparet aut cum Varrone arte cohaesisse aut ipsum fuisse Varronem. Latine autem scriptum fuisse librum a Sotione personato vel eius auctore adhibitum e verbis λάκος Οὐαδίμωνος καλουμένη λίμνη licet conicere. § 149.

Nam lacus Vadimonis solus inter auctores Graecos Polybius mentionem fecit forma usus Ὀάδμων (II 20), vocem autem λάκος = *lacus* Graeci non adhibuerunt auctores nisi de lacubus Italiae disserentes Romanis ut videtur auctoribus usi. cf. λάκος p. 140/1.

Latino e fonte Sotionem personatum haec hausisse manifestum est, non solum propter ea argumenta ad linguam pertinentia sed etiam quod cum auctore Romano Varrone eum artissime cohaerere constat.

Sed ex Isigono Sotionem personatum haec deprompsisse existimandum est, an ipse e fonte illo Latine scripto hausit? utrum Varro haec ei obtulit, an auctor eius, an auctor Varrone usus? § 150.

Isigonum Varronis auctorem fuisse neminem puto existimaturum esse, cum Varro partim ab ipso visa referat partim auctore Latine scribente usus sit et de his lacubus in Italia sitis Graecum auctorem

ab eo adhibitum esse, a vero abhorreat. et cum Varro illam enumerationem a Plinio Seneca Sotione personato repetitam primus conscripsisse videatur, de Varronis auctore cogitare non licet. Isigono autem haec deberi, cum PF. 13/14 et 27/28 ei deberi partim relatum sit partim inde concludendum sit, veri simillimum videtur.

Quibus de causis Isigonum Varrone usum esse puto; utrum alius inter eos auctor intercesserit annon, discerni non potest, sed ipsa res eo non mutatur. Isigonum post Varronem scripsisse inde coniciendum est. quod a vero non abhorrere infra demonstrabo p. 159/160. 162/163.

§ 151. At Strabo IV 6, 12 C 209 refert quingenta stadia longum esse lacum Benacum, Sotio autem personatus circuitum lacus Benaci esse stadiorum quingentorum. quam metrorum indicationem Sotio personatus videtur auctori Graeco Straboni similia referenti debere. quod ut statuamus, nihil impedit, cum Isigonum capita 8. 17. 28 ex duobus auctoribus collegisse veri simillimum esse demonstraverim.

Certe autem erravit Rusch (48) Plinium Senecamque Posidonio usos esse ratus. quamquam Plinium libri secundi partem maximam et Senecam multa libro III naturalium quaestionum descripta Posidonio debere non abnuo, tamen haec non Posidonio sed Varroni videntur deberi. iniuria enim Rusch Mucianum inter Posidonium et Plinium intercessisse videtur statuisse, quem ex Varrone Posidoniana sumpsisse veri similius est [1]). Senecam autem non totum librum III Asclepiodoto Posidonium secuto debere etiam inde cognoscitur, quod se ipsum Cutilias aquas vidisse interposuit.

Itaque Varronem hac in re tradenda Senecae auctorem fuisse a vero non videtur abhorrere. Seneca autem sicut Plinius et Sotio personatus Lydiae mirabilem aquam simul descripsit Theophrasto auctore. quid de eo nomine allato censendum sit, v. p. 118 § 155.

§ 152. Lacum Vadimonis copiose et eleganter descripsit Plinius ep. VIII 20, 3 sqq. Strabo XIII 1, 67 C 614/5 de insula in Etruriae lacu natante commemorans Statoniensem vel Vadimonis significare videtur; qui lateres aquae innatare refert in Pitana et in Hispania loco eodem Posidonio auctore. Plinius autem II 209 fin. de lacu Tarquiniensi, Mela II 82 de aqua prope fontem Salsulae in Narbonensi provincia profluente similia memorat.

1) qua in re etiam ab Ernesto Graf et Carolo Landi (quaestt. p. 84 sqq.) (et Capellio) dissentio Mucianum intercessisse iure negantibus, Papirium autem Fabianum interponentibus. cum enim de mirabilibus aquis tradidisse nullo loco relatum est. Varronem autem puto diversis auctoribus usum non uno tantum libro ea descripsisse, quo factum sit, ut Plinius Varrone usus res libro II aliter describere potuerit atque l. XXXI.

De insula autem Chemmi aquae innatanti in Aegypto rettulerunt: Hecat. ap. St. B. s. v. Χέμβις. Hdt. II 156. Mela I 55.

Cf. insulae Deli fabulam a Macrobio quoque tactam (p. 113), cf. Ruhkopf ad Sen. n. q. III 25, 6 p. 193. Spanhem. ad Call. hymn. in Del. 36 p. 407/8 (vol. II). Berger, Myth. Cosmogr. d. Griechen p. 31 = Mythol. Lex. Suppl. (1904).

Cutiliae aquae vim a Seneca n. q. III 25, 9/10 memoratam **§ 153.**
qui alii descripserint, enumerati sunt p. 45.

Cutiliarum autem nominis formae adhibebantur hae:

Cutilia (-ae lacus): Va.-Plin. III 109. Fest. > Pauli epit. p. 51, 7/8.
Cutiliae: Sen. n. q. III 25, 8. Vitr. VIII 3, 5. Cels. IV 12.
Aqua Cutilia: Plin. n. h. XXXI 59.
Cutiliae aquae: Plin. II 209, XXXI 10. Suet. Vesp. 24.
Cutyliae aquae: Cael. Aurel. III 1, 10.
Cotiliae aquae: Cael. Aurel. III 2, 45. V 2, 40. 4, 77.
Lacus Cutiliensis: Va.-Macr. sat. I 7, 29. Va. l. l. V 71.
Κοτυλία πόλις: D. Hal. AR. I 15, 1.
Κοτύλη vel Κοτυλίη πόλις: D. Hal. AR. I 19, 2.
Κοτύλη nomen loci: orac. v. 2.
Κοτύλη νῆσος: Fest. > epit. Pauli p. 51, 7/8.
Κωτιλίαι (?): Strab. V 3, 1 C 228. cf. ἐν τῶι τόπωι τῶι ἐπονομαζομένωι Κοτιλίας Acta Ner. et Ach. 20.
Κουτίλια ὕδατα: Cass. Dion. 66, 17, 1.
ὕδατα Κοτίλεια: Anth. Pal. IX 349.

Mirum non est narrationes mirabiles c. **39** et **43** (et quae alii **ad PF. 39 et**
auctores antiqui de his aquis scripserunt) ab auctoribus recentioribus **43. § 154.**
saepe tractatas esse. sed rerum perturbatio, quae iam a nonnullis veterum facta esse videtur, ab iis maior reddita est: plane separare 39 et 43 hoc libello non licet, cum Strabo de Coloe apud PF. 39 descripta similia rettulerit atque Sotio personatus c. 43, quamquam, qui alii de his rebus tradiderunt, hanc permutationem non commiserunt. cohaerent enim praeter Strabonem cum capite 39 Seneca et Plinius:

PF. 39.

ἡ κατὰ Σάρδεις λίμνη καλουμένη δὲ **Κολόη**, *πλῆθος μὲν ὄψου πάμπολυ τρέφει· ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ νήσους οἰκουμένας πρὸς ἀπάτην· ἐπινήχονται γὰρ καὶ τῆι τῶν ἀνέμων πνοῆι συμμετοικοῦσι· πτηνῶν δὲ τῶν ἐνύδρων τοσοῦτο τρέφει πλῆθος, ὥστε καὶ ταριχεύεσθαι:*

Sen. n. q. III 25, 7 fin.

sunt enim multi pumicosi et leves (sc. *lapides*) *ex quibus quae constant insulae in Lydia, natant: Theophrastus est auctor.*

Plin. n. h. II 209.

quaedam insulae semper fluctuantur, sicut . . . in Lydia quae vocantur Calaminae non ventis solum sed etiam contis, quo libeat, inpulsae, multorum civium bello Mithridatico salus.

§ 155. Quamquam ut apud Plinium coniunctae sunt eae narrationes, tamen Sotio personatus cum eo parum consentit. itaque cogitandum est de auctore eo, quem secutus de lacu Benaco commemorasse videtur: sicut cum eius auctoris verbis Varroniana permiscens cap. 37 conscripserit, Varrone auctore de Lydiae insulis memorasse videtur verbis illum quoque auctorem secutus. Theophrasti autem nomen utrum Varro an alius auctor Senecae obtulerit, non plane perspicuum est. neglegendum non esse videtur a Seneca de Lydia ante lacus Italicos commemoratum esse, a Plinio autem et Sotione personato postea. Senecam puto verbis eius auctoris, unde Theophrasti nomen deprompserit, pauca illa de Italiae lacubus, auctore Varrone, interposuisse. Theophrasti ergo nomen Plinii auctor non perscripsit, vel omnino Theophrastum non secutus esse videtur. inepte apparet Paulum Rusch Theophrasti memoriam apud Senecam delendam esse censuisse, quam sententiam mihi quidem non probavit (p. 33). nihil autem impedire manifestum est, ne Isigonum Varrone et alio auctore (fortasse Senecae) usum, c. 39 conscripsisse statuamus.

§ 156. Theodorus Bergk (v. p. 34) errasse videtur, cum censeret pro οἰκουμένας legendum esse ὀρχουμένας. nam haec confudit cum Plinii de Saliaribus narratione et aliis, quae de saltatione in Lydiae lacu tradita sunt. fugit eum, ut videtur, hoc loco non de salientibus sed natantibus insulis agi.

Nam cum PF. 43 cohaeret PF. 39 eo tantum quod Strabo de Dianae Coloenae lacu similia memorat atque Sotio personatus cap. 43, qui Coloem nomen cap. 39 perscripsit. at apud insulam Talam (PF. 43) nympharum non Dianae fanum fuit. Dianae autem Coloenae lacus idem esse videtur atque λίμνη Κολόη ab auctore Florentino memorata. veri dissimile non esse puto nomen Calaminarum a Plinio allatum e Κολόης corruptum esse, cum falso de calamis cogitaretur (sed non de calamis a PF. 43 memoratis, qui huc non pertinent).

Quid de Strabone cogitandum sit, infra explicabo (p. 120 § 160). apparet autem de insulis salientibus non cogitasse auctorem Florentinum. ὀρχουμένας ergo cap. 39 non licet corrigenti scribere. sed ὀχουμένας, de quo idem Bergk cogitavit, licet scribere et eundem secuto ὀχουμένη in cap. 37 pro οἰκουμένη?

§ 157. At utrumque mihi videtur omittendum esse. nam cap. 37 etiam

ἐπινηχομένη et μεταβαίνουσα leguntur. praeterea ὀχουμένη scribere non licet, quamquam Seneca scripsit ‚*sustinetur*‘, cum ὀχουμένη et ἐπινηχομένη eandem rem significent. Isigonus autem nescio an ὀχουμένη scripserit verbo ἐπινηχομένη omisso. certe οἰκουμένη corrigere non licet. sed cum etiam capite 39 ἐπινήχονται perscriptum sit, verbo ὀχουμένας opus esse non videtur. quomodo vox γὰρ irrepserit, non plane intellego; sed ὀρχουμένας ea quoque causa non licet scribere, cum ὀρχουμένας πρὸς ἀπάτην, ἐπινήχονται γὰρ — καὶ συμμετοικοῦσι . . . a rerum mirabilium scribendarum ratione alienum esse videatur — nam res mirabiles explicatae iam non mirabiles videntur.

Veri autem similius est, de qua re me admonuit W. Schmid, verbis οἰκουμένας πρὸς ἀπάτην significatum esse non in uno loco eas sitas esse quasi fixas sed moveri; quo fit, ut etiam vox γὰρ iure apposita esse videatur.

Quo autem iure Bergk dixerit Senecam fortasse Sotione usum § 158. esse, compluribus locis nomine allato et verbis ‚*auctores novos habeo*‘ significato, non intellego. nam ‚*auctores novos* (Gercke: *bonos*) *habeo*‘ iam III 25, 5 scriptum est, de his autem rebus 7—9 commemoratur et libellum Florentinum re vera Sotionis non esse notum est.

Multo magis varia de **Lydiae stagno Nympharum** tradunt. ad PF. 43. legimus apud Sotionem personatum: § 159.

43. ἐν Λυδίαι ἔστι λίμνη Τάλα μὲν καλουμένη· ἱερὰ δὲ οὖσα νυμφῶν· ἣ φέρει καλάμων πλῆθος ἄφθονον καὶ μέσον αὐτῶν ἕνα, ὃν βασιλέα προςαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι· θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται· τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος κτύπος συμφωνίας γένηται· πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι· καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἠϊόνα· οἱ δὲ ἐπιχώριοι ταινίαις αὐτὸν καταστέψαντες, ἀποπέμπουσιν· εὐχόμενοι καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν αὐτόν τε καὶ ἑαυτοὺς παραγενέσθαι· ὡς εὐετηρίας ὄντι σημείωι· ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος ἐν δευτέρωι ἀπίστων:

Quam rem nemo alius ita rettulit, ut ad Isigonum referre eius verba liceat. sed nonnulli alii de eo lacu commemoraverunt; inter hos

Strabo XIII 4, 5 fin. C 626.

ἐν δὲ σταδίοις τετταράκοντα ἀπὸ τῆς πόλεως (sc. Σάρδεων) ἐστὶν ἡ Γυγαία μὲν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένη (sc. λίμνη), Κολόη δ’ ὕστερον μετονομασθεῖσα, ὅπου τὸ ἱερὸν τῆς Κολοηνῆς Ἀρτέμιδος μεγάλην ἁγιστείαν ἔχον. φασὶ δ’ ἐνταῦθα χορεύειν τοὺς καλάθους κατὰ τὰς ἑορτάς, οὐκ οἶδ’ ὅπως ποτὲ παραδοξολογοῦντες μᾶλλον ἢ ἀληθεύοντες[1]).

1) cum καλάθους mutare non liceat, haud scio an Strabonis narrationem

§ 160. καλάθους autem corrigenti καλάμους scribere non licet, cum litterae ϑ et μ similes non sint et, vocem raram καλάθους pro usitato καλάμους quod scriberet, nemo habuisse videatur.

Sed qui de Strabonis editione virorum Siebenkees et Tzschucke disputavit (Heidelb. Jahrbb. d. Lit. II 15 p. 289 sqq., 1809), Calaminas et Saliares confundens verbo καλάθους rationem inesse negavit. idem Sotionem opusculum Florentinum scripsisse et fragmenta apud Photium servata esse putavit[1]).

Simili modo Ruhkopfius (ad Sen. n. q. III 25, 6 p. 193, 1811), cum Dalecampius Calaminas in insula Τάλαι fuisse putasset, καλάμους Strabonem scripsisse contendit, Theophrastum autem de Lydiae lacu Xantho auctore tradidisse. Bernhardy autem de Lobeckii Aglaophamo disserens (Jahrbb. f. wissensch. Kritik, hsgg. v. d. Societät f. wiss. Kr. zu Berlin 1830, 1 [Mai] nro. 85, 673) καλάμους χορεύοντας in Germanicam linguam ita transtulit: ‚*irrende Binsen*'. — qui rem non explicavit hac sententia sed obscuram reddidit.

Recte Groskurd (Strab. II p. 624, 6) emendationem illam falsam esse edocuit. sed ipse quoque ita fere dicit: ‚*eine den Nymphen heilige Insel Calamina in Lydien bei Sotion im Photius*[1]), *welche Stelle Plinius copiert hat*'. — quam sententiam a Germanica lingua alienissimam conscribens Müllerum videtur secutus esse (FHG. IV p. 436 ad Isig. fr. 8), qui non solum apud Strabonem καλάμους scribi voluit sed etiam Καλαμίνῃ loco verborum Τάλα μὲν apud PF. 43 = Plin. n. h. II 209.

Qui a vero maxime aberrasse videtur. cum res non congruant, etsi vi adhibita nomina congruentia redduntur. obscuriora redduntur eo modo, quae non perspicua esse apparet, et coniunguntur, quae differre manifestum est. Plinium autem Sotione personato non esse usum constat, cum nulla re cum PF. 43 consentiat. recte autem monuit Groskurd dissentire Strabonem a Sotione personato et Dianae nomen neglegere non licere. re vera Strabo eandem rem videtur significare, variis modis ab auctoribus antiquioribus enarratam et modo huic modo illo loco ascriptam.

§ 161. Qui praeterea similia tradiderunt, nympharum tantum stagnum significaverunt. sunt autem hi:

Plin. n. h. II 209.

. . . *Mithridatico bello salus*[2]). *sunt et in Nymphaeo parvae* (sc. in-

---

cum Τάλας λacus coniungere non liceat et existimandum sit de Dianae fano a nullo alio traditum esse, et in eius lacu Calaminas fuisse.

1) cf. p. 31: Stornajolo. 2) v. p. 118 § 154.

sulae) S a l i a r e s dictae, quoniam in symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur.

M. Cap. IX 928.

in Lydia nympharum insulas dici quas etiam recentior adserentius V a r r o se vidisse testatur, quae in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motae, dehinc ad littora revertuntur.

Plinium Varrone usum esse etiam hoc Martiani Capellae testimonio demonstrari videtur. Varronis enim aliud testimonium exstat, unde, quod cum Martiani Capellae non consentit, cognoscitur Varronem eam rem saepius tractasse. scribit enim Varro r. r. III 17, 4:

(loquitur Axius) *nam ut Pausias et ceteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint cerae, sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces, quod, proinde ut sacri sint ac sanctiores, quam illi in Lydia, quos sacrificanti tibi, V a r r o, ad tibicinem [Graecum] gregatim venisse dicebas ad extremum litus atque aram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore insulas Lydorum ibi χορευούσας vidisses, sic hos piscis nemo cocus in ius vocare audet.*

Quibus perlectis recte C u r t i u m disputasse (Archäol. Zeitung XI 1853 = Denkmäler, Forschungen u. Berichte, Forts. d. arch. Z., ed. Gerhard V, 1853, p. 150), cum de Diana dissereret quasi non tantum ab hominibus sed etiam ab ipsa natura ‚per symphoniam', ut ita dicam, culta, et, cum Dianam nymphis cognatam esse statueret, Strabonem quoque iure de Diana commemorasse puto, quamquam ceteri nympharum appellant stagnum. § 162.

Qua de causa noxios illos pisces Plinius XXXI 25 *(C t e s i a s in Armenia fontem esse scribit, ex quo nigros pisces mortem adferre in cibis, . . . hoc idem et in Lydia in stagno Nympharum t r a d u n t)* tradiderit, non plane perspicuum est, sed cum Varro (r. r. III 71, 4) eos pisces sacros esse rettulerit, haud scio an alii addiderint, qui eos edisset, eum moriturum esse.

Sed unde haec omnia deprompta sint, perspici non potest, cum nemo auctorum quicquam de fontibus adhibitis dixerit. at Isigonus, quae apud neminem alium leguntur, de cultu illo ad lacum Talam exercito multa copiose enarravit, memoratu maxime digna sed minime perspicua. Curtius haec paucis verbis tetigit sed non explicavit. calamos tantum salientes puellas putat fuisse calamis vestitas, sed cum de natura ipsa deam colente ipse statuerit, de puellis cogitari non oportere mihi videtur. § 163.

Regem autem, quem Isigonus refert calamum esse deinde autem advenire et abire cum anima regis mortui Lydorum confudit E. Müller (Phil. 7, 1852, 239—254). et re vera quasi animarum cultus ibi fuisse videtur, quamquam Müllerum errasse puto, cum gentis Lydorum propriam cum regibus et moribus patriae artissime cohaesisse illam religionem censuerit, quod ex Isigoni verbis non licet conicere. etiam quae de κοβάλοις disseruit, quos pro καλάμοις legendos esse putavit, a vero abhorrere videntur.

§ 164. Addenda sunt pauca de cultu illo:

ἐξιλάσκεσθαι] expiatio prima pars sacrificii est. quomodo autem perfecta sit, non indicavit Isigonus. deinde omnes tibicines symphoniam in lacus litore incipiunt: κτύπος barbarorum illorum symphonia acutissime vocatur (cf. Schmidt, Synon. 117, 2 = III 319 sqq.). deinde numen divinum in calamum descendere videtur creditum esse, cum autem rex appellatus sit neque de nympha neque de Diana licet cogitare. quomodo autem numen illud vel anima regis mortui cum nymphis cohaereat, minime videtur perspicuum esse.

Deinde numen illud divinum ἀποπέμπεται. cum de expiatione in initio actum sit, dixerit aliquis numen illud inter θεοὺς ἀποπομπαίους referendum esse (cf. Rohde, Psyche 5/6 I 273, a. 1); sed non arcendi causa numen illud cultum esse voto colentium demonstratur. ἀποπέμπειν igitur, quamquam nemo alius hoc verbo ita usus esse videtur, cum ὕμνοις ἀποπεμπτικοῖς cohaeret, qui cantabantur ‚*wenn der Gott sein Heiligtum für eine bestimmte Zeit im Festjahr verließ*‘ (PW. II 173). qua re etiam explicatur, cur advenerit ante sacrificium deus.

§ 165. A vero non longius aberrare mihi videor existimans incolas eius regionis numen quoddam divinum sicut regem veneratos esse, cum agros ab eo fertiles reddi putarent, — Graecos autem nympharum cultum religionem illam non recte intellegentes cum ea coniunxisse sive permiscuisse, quo factum sit, ut modo de nymphis (modo de Diana nympharum simili) modo de mari aliquo numine commemorarent.

Sed cum hanc narrationem maxime mirabilem nemo alius inter auctores adhuc exstantes eandem tradiderit, Isigonus vel eius auctor libros raros et a paucis adhibitos legisse videtur (fortasse Varronis[1]) librum aliquem) sed et ipsius libri rerum incredibilium in rariorum illorum librorum numerum referendi videntur.

ad PF. 40. De naphthae sive bituminis liquidi fonte in **Babylonia** vel **Su-**
§ 166. **siana** profluente leguntur apud veteres auctores haec:

1) cf. p. 115/6 § 150.

Strabo XVI 1, 15 C 743.

γίνεται δ' ἐν τῆι Βαβυλωνίαι καὶ ἄσφαλτος πολλή περὶ ἧς Ἐρατοσθένης μὲν οὕτως εἴρηκεν, ὅτι ἡ μὲν ὑγρά, ἣν καλοῦσι νάφθαν, γίνεται ἐν τῆι Σουσίδι, ἡ δὲ ξηρά, δυναμένη πήττεσθαι, ἐν τῆι Βαβυλωνίαι· . . . τὴν δὲ ὑγράν, ἣν νάφθαν καλοῦσι, παράδοξον ἔχειν συμβαίνει τὴν φύσιν· προσαχθεὶς γὰρ ὁ νάφθας πυρὶ πλησίον ἀναρπάζει τὸ πῦρ, κἂν ἐπιχρίσας αὐτῶι σῶμα προσαγάγηις, φλέγεται· σβέσαι δ' ὕδατι οὐχ οἷόν τε (ἐκκαίεται γὰρ μᾶλλον), πλὴν εἰ πάνυ πολλῶι, ἀλλὰ πηλῶι καὶ ὄξει καὶ στυπτηρίαι καὶ ἰξῶι † πνιγέντα σβέννυται. πείρας δὲ χάριν φασὶν Ἀλέξανδρον[1]) ἐν λουτρῶι προσχέαι παιδὶ τοῦ νάφθα καὶ προσαγαγεῖν λύχνον· φλεγόμενον δὲ τὸν παῖδα ἐγγὺς ἐλθεῖν τοῦ ἀπολέσθαι, πλὴν πολλῶι σφόδρα καταντλοῦντες τῶι ὕδατι ἐξίσχυσαν καὶ διέσωσαν οἱ περιεστῶτες.

Ποσειδώνιος δέ φησι, τοῦ ἐν τῆι Βαβυλωνίαι νάφθα τὰς πηγὰς τὰς μὲν εἶναι λευκοῦ, τὰς δὲ μέλανος· τούτων δὲ τὰς μὲν εἶναι θείου ὑγροῦ, λέγω δὲ τὰς τοῦ λευκοῦ (ταύτας δ' εἶναι τὰς ἐπισπώσας τὰς φλόγας), τὰς δὲ τοῦ μέλανος, ἀσφάλτου ὑγρᾶς, ὧι ἀντ' ἐλαίου τοὺς λύχνους κάουσι.

PF. 40.

τὸ δὲ κατὰ τὴν Σουσιανὴν ὕδωρ φασὶν εἶναι Μηδείας καὶ πεφαρμάχθαι καυστικοῖς φαρμάκοις· ὃ ῥεῖ μὲν ἐκ πηγῆς τινος, φυλάσσεται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων· ἔχει δὲ δύναμιν τοιαύτην· τὰ γὰρ χρισθέντα ἢ βραχέντα ἐξ αὐτοῦ ζῶια ἢ σκεύη δειχθέντος μακρόθεν πυρὸς πρὸς αὐτὰ ἐπισπᾶται καὶ παραχρῆμα καίεται, καλεῖται δὲ νάφθα· ἐξενεχθέντα μέντοι τῆς χώρας ἀπόλλυσι τὴν δύναμιν, ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος.

Galen. de simpl. med. temp. ac fac. XI 2.

καὶ τὸ τῆς Μηδείας δὲ φάρμακον τοιοῦτο ἦν· πάντα γοῦν ἀνάπτεται προσβαλλούσης θερμασίας, οἷς ἂν ἐπαλειφθῆι. σκευάζεται δὲ κἀκεῖνο διά τε τοῦ θείου καὶ τῆς ὑγρᾶς ἀσφάλτου.

Diosc. mat. med. I 73, 2.

καλεῖται δέ τις καὶ νάφθα, ὅπερ ἐστὶ τῆς Βαβυλωνίου ἀσφάλτου περιήθημα, τῶι χρώματι λευκόν, εὑρίσκεται δὲ καὶ μέλαν. δύναμιν δὲ ἔχει ἁρπακτικὴν πυρὸς ὥστε ἐκ διαστήματος ἁρπάζειν τοῦτο, ὅπερ πρὸς ὑποχύσεις χρησιμεύει καὶ λευκώματα.

Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 29 p. 334 Dbg.

καὶ ἑτέρα (sc. λίμνη) κατὰ Μήδους ἐπὶ ἧι δὴ καὶ λέγουσιν ἰχῶρα ἐφίστασθαι μέλανα, ὃν εἴ τις χρισάμενος παρασταίη πυρί, ἀνάπτεται· τούτωι φασὶν τὴν Μηδείαν τῶι φαρμάκωι διαφθεῖραι τὴν θυγατέρα τὴν Κρέοντος.

Plin. n. h. II 235 fin. (XXXV 178/9 libri II locum attingit).

similis est natura naphthae. ita appellatur circa Babylonem et in

1) copiose id narrat Plutarch. Alex. 35.

Austacenis Parthiae profluens bituminis liquidi modo. huic magna cognatio ignium, transiliuntque in eam protinus undecumque visam. ita ferunt a Medea paelicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapto.

§ 167. Inter hos auctores nemo eodem modo et ordine rem descripsit, quo Isigonus. sed, quae rettulit, alia apud alios auctores leguntur inter quos maximi momenti est Strabo, qui Eratosthenem et Posidonium se esse secutum tradit, quo significari videtur Eratosthenica a Posidonio relata esse. quod re vera ita se habere ex eo licet conicere, quod alii quoque auctores, quae Strabo Eratostheni et Posidonio se debere testatur, coniuncta referunt: Dioscurides enim de naphtha, asphalto Babylonica commemorat et δυνάμεως ἁρπακτικῆς mentionem facit Eratosthenem secutus, de alba autem et nigra secundum Posidonium; Rufus deinde de alba secundum eundem refert, sed verba χρισάμενος παρασταίηι πυρὶ conscripsit secutus Eratosthenem. Galenus autem ἐπαλειφθῆι Eratostheni, τοῦ θείου καὶ τῆς ὑγρᾶς ἀσφάλτου Posidonio debet. Plinium quoque rem eadem ratione describentem apparet Posidonium secutum esse Eratosthenica simul referentem.

§ 168. Quae cum ita sint, Isigonum quoque secundum Posidonium rem enarrasse apparet. adhibet enim:

Μηδείας ὕδωρ	sicut Gal. Ruf. Plin.
καυστ. φαρμ.	sicut Gal. Ruf. Plin.
ἔχει δύναμιν et μακρόθεν	sicut Diosc.
χρισθέντα	sicut Ruf. Gal. Erat. (Strab.)
καίεται	cf. ἀνάπτεται Ruf. Gal.
	φλέγεται, ἐκκαίεται Erat.
Σουσιανή	sicut Erat. > Strab.
καλεῖται νάφθα	sicut Erat. > Posid.
πηγῆς	sicut Posid. > Strab.
ἐπισπᾶται	sicut Posid. > Strab.

Sed nonnulla, quae refert Isigonus vel Sotio personatus apud alios auctores non leguntur.

Sed mirum hoc non videtur. nam qui de hac ‚aqua‘ commemoraverunt, omnes multo post Posidonium fuerunt. errare igitur mihi non videor existimans Isigonum haec legisse apud auctorem aliquem Posidonio usum sed neque apud auctorem Strabonis, neque apud medicorum illorum scriptorum auctorem, cum verbis nimis dissentiat ab illis. Plinium autem Isigono usum esse eadem de causa a veri simili abhorrere videtur.

Cum narratione de lacu **Sabatino** et **Cimino** conscripta A m-miani Marcellini verba (XVII 7, 13) conferenda videntur, quibus urbem Saccumum ‚*in Ciminia Italiae parte*' terrae motu deletam et in solum demersam esse refert. de Sabatino autem lacu nemo eadem rettulisse videtur, quae apud Sotionem personatum legimus. sed et Ammianus et Sotionis personati auctor communem secuti videntur esse auctorem non solum de voragine referentem, in quam urbs illa demersa sit, neque de lacu solo urbis ruinas tegente sed copiosius rem enarrantem et voraginem illam aqua repletam esse addentem, quo factum esset, ut in lacus tantum fundo illae reliquiae viderentur Cimini. quem auctorem secutos puto illos alium alia decerpentem rem descripsisse. **ad PF. 41. § 169.**

Sed Isigonum eum auctorem fuisse veri simile non esse apparet. immo de auctore Latine scribente cogitare licet, cum vox λάκκος ibi legatur (cf. p. 115 § 149, p. 140/1), quamquam Strabo (V 2, 9 C 226) de λίμνη Κιμινία commemoravit. quis autem fuerit ille auctor Romanus, ex his fragmentis non cognoscitur; sed ab auctore Romano in capitibus 13/14. 27/28. 36—39 conscribendis adhibito eum fuisse diversum veri simile non est. Varronem ergo puto, intercedente Isigono, Sotionis personati auctorem fuisse.

Auctoris nomine omisso aliis autem de lacu **Lychnite** tacentibus, quis Sotioni personato haec obtulerit, minime perspicuum est. qua de causa iis qui Isigoni esse putant assentiri — ut videtur — licet, cum alia quoque Isigono deberi constet ab aliis aut omnino non relata aut plane aliter descripta (cf. PF. [2]. 13. 14. 21. [27]. 40. 43), quamquam ita ex silentio aliorum concludentem errare me posse concedo. **ad PF. 42. § 170.**

Pauca addenda videntur de particula δέ in initio capitis 40 posita, cum ad fontes Sotionis personati definiendos ea usus sim (v. p. 78 § 59, p. 110/111 § 142). nam Isigono deberi 36—43 demonstrare conatus sum. sed eodem modo adhibita esse videtur quo in cap. 27, ut auctorem[1]) ad alium scriptorem transisse significaretur; sed haud scio an veri simile sit rerum diversitatem capitibus 39 et 40 descriptarum ea particula notatam esse. auctoribus autem diversis capita 36—43 Sotio quidem debere non videtur; sed Isigonum eo consilio particulam δέ adhibuisse a vero abhorrere non videtur. **ad PF. 36—34. § 171.**

Postremo pauca videntur adicienda esse de libro, quo d e Nili i n c r e m e n t o agitur ad calcem Sotionis personati scripto. **de Nili incremento**

Codice Florentino a Sotionis personati non separatus est nisi signo ⋊ et in eadem linea initium libelli de Nilo legitur quo finis **§ 172.**

1) Isigonum vel Sotionem personatum.

libelli Sotionis personati. de Nili autem incremento non solum mirabilium rerum scriptores disseruerunt sed etiam permulti alii. qua de causa alio modo auctores inter se cohaerere videntur, atque in aliis rebus mirabilibus tradendis, tacentibus nonnullis mirabilium scriptoribus (Antigono, Aristotele pers.).

Iure igitur auctores recentiores de Nilo non una cum ceteris aquarum mirabilibus egerunt. quamvis enim mirabilem esse Nili inundationem esse Graeci putavissent, accuratius et diligentius eam descripserunt et causas eruere conati sunt.

Omnibus veterum testimoniis usus nemo adhuc Nili describendi historiam scripsit, sed pleraque adhibuit et novissime rem tractavit J. Partsch (des Aristoteles Buch über das Steigen des Nil = K. sächs. Ges. d. Wiss., phil.-hist. Kl., Abhn. vol. 27, N. 16, 1909). qui etiam enumeravit, qui recentiores de ea re scripserint. nuperrime autem W. Capelle in ‚Neue Jahrbücher für das klass. Altertum Geschichte und Literatur und für Pädagogik 17, 1914, XXXIII 316—361‘ commentatione, quae *‚die Nilschwelle‘* inscribitur, copiosissima de Nili inundatione egit.

Appendices.

I.

De sermone libelli Florentini [1]).

Libelli Florentini sermonem non secundum Atticistarum praecepta instructum esse, quisquis libellum perlegerit, intelleget. sed paucis quaerendum est, quae in eo sermone sint memorabilia, unde, quando fuerit auctor ille anonymus fortasse licet conicere.

Inter f o r m a s notandae videntur:

Ionicae vel potius c o m m u n i s dialecti: γίνομαι 7. 10. 18. 19. 25. 28. 33. 37, παραγίνεται 43. —

σσ: Θεσσαλία 9 (quamquam MA. 117 legitur Θετταλία), φυλάσσεται 40, μεταλλάσσειν 15, sed e ratione Attica: παραλλάττειν 17. — cf. Mayser I 222/3.

adiectivorum in -εος: χρυσέων 42.

o ὕ τ ω ς ante consonantes cum littera σ mobili legitur 9. 11.

g e m i n a t i o simplicium consonantium λάκος = lacus 38, λάκκος autem 41; cf. Mayser I 215 sqq.

D e n o m i n i b u s.

nominum in -υς: acc. plur. μῦς 10, ἰχθῦς 33.

inter comparativos: πλείονα acc. plur. 38.

pro νεώς legitur ναός, ναοί: 41.

πῆχυς, gen. pl. πήχεων (forma Attica) 8, cf. Schmid, Att. III 25.

δένδρεσι 37. Attica forma et ab Atticistis adhibita, v. Schmid, Att. IV 584.

κιννάβαρι 17 n o n d e c l i n a t u m esse videtur.

D e v e r b i s.

a o r. p a s s. II. βραχέντα 40; idem aoristus legitur ap. Anacr. 31, 26. Ael. π. ζ. 16, 2. 30, 26. 195, 2. (Schmid, Att. III 36: a ratione Attica haec forma abhorret). Gal. vol. 12 p. 357 (K.). cf. fut. pass. βραχήσεται LXX Jes. 34, 3.

1) Edwino M a y s e r, qui et ipse paginas 129—150 cum imprimerentur corrigendas suscepit perlectisque de nonnullis cum ad linguam Graecam universam tum ad papyrorum sermonem atque communem dialectum pertinentibus me admonuit, hoc quoque loco maximas gratias ago.

ἐμβραχέντα 6, idem legitur ap. Paul. Aeg. 3, 43 p. 98, 42.
πετασθέντα 22, cf. Schmid, Att. I 232.

De syntaxi.

adiectiva neutra substantivorum loco adhibita sunt haec: τὸ ξηρόν 30, τὰ μέγιστα 8, θεῖόν τι 27. τὸ ἐπιόν omissa voce ἔτος 43.

ἐνιαύσιος cum feminino iunctum: ἑορτὰς ἐνιαυσίους 43. cf. πόλιν ἔρημον 36.

accusativus relationis adhibitus est his locis: τὰς κοιλίας ἀπολιθοῦσθαι 16, παραλλάττειν τὴν διάνοιαν 17, μαδῶσι τὰς τρίχας 21, ἐλαχίστη τὸ μέγεθος 30, οὔσης τὸ περίμετρον σταδίων φ' 37.

genetivus partitivus: τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν ἀλόγων ζῴων 6, τὰ πετασθέντα τῶν ὀρνέων 22. cf. Schmid, Att. I 88/89. ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος 27. post verbum πίνω non legitur nisi cap. 12. genetivi partitivi loco saepe adhibitus est genetivus cum praepositione ἀπό vel ἐξ iunctus, v. γεύομαι et πίνω, cf. λούομαι et μεθύσκομαι, βρέχω et χρίω.

genetivus materiae: ἀσφάλτου πλίνθοι 33. cf. ὀχετὸς ὕδατος 4. κρήνη ἐλαίου 29.

genetivus temporis: μεσημβρίας καὶ μεσονύκτου 19.

saepe adhibitus est qui vocatur ‚*chorographicus*‘ (Brugm.-Thb. 448). Σκότουσα τῆς Θεσσαλίας 9, Σοῦσα τῆς Περσίδος 26, Γέλα τῆς Σικελίας 30, Ταρρακίνα τῆς Ἰταλίας 36; Ἀλίφανον τῆς Ἰταλίας 27; Λούσιοι τῆς Ἀρκαδίας, Κλειτόριοι τῆς Ἀρκαδίας 24.

genetivus cum adiectivis sive participiis coniunctus: νῆσος ἱερὰ νυμφῶν 43. — κεράμιον οἴνου γέμον 14. κρήνη ἐλαίου πληρουμένη 5. — μέσος αὐτῶν 43.

dativus finitivus τῶι μεγέθει θαυμάσιος 42. ἀναίσθητοι ταῖς ψυχαῖς 25.

dativus modi τῆι γεύσει ὀξίζουσα 20, relationis τῶι χρώματι 17.

dativus instrumentalis πνοῆι 38. 39; nam in capite 39 πνοῆι praepositione σύν (verbi συμμετοικοῦσι) non regitur.

numerus pluralis praedicati omisso subiecto legitur c. 40 ἐξενεχθέντα (nam νάφθα pluralis visus esse non potest).

κρήνη ἐλαίου προσηνεστέρα c. 29 haud scio an pro προσηνεστάτη auctor scripserit, sicut cum compluribus Novi Testamenti locis tum semper apud Graecos huius aetatis comparativus pro superlativo adhibetur. cf. Blaß-Debrunner, Gramm. d. neutest. Griechisch §§ 60. 244. Radermacher, Neutest. Gramm. p. 56.

comparativus correlativus: πλείονα 38 = ἔνια, *complura* e communis dialecti ratione adhibitus est.

De pronominibus.

τόδε 26 et τοιόνδε 24. 25 plane eadem significatione adhibentur.
ἥτις 8 (ante vocalem). 18. 30 pro ἡ legitur eadem significatione.

De verbis.

ποιεῖν periphrasticum: ἐκπίπτειν ποιεῖν 26. ἔμφασιν ποιεῖν 8.
medium ὅρκους ποιεῖσθαι 8.
infinitivus adhibitus est in sententiis relativis orationis obliquae (cf. Schmid, Att. II 57): 6. 10. 33. 36.
optativus nusquam legitur.
ὥστε semper cum infinitivo iunctum est: 11. 14. 17. 35. 39. (cf. Schmid, Att. III 85).
persaepe adhibitum est participium praesentis et aoristi coniunctum: 1. 2. 4. 5. 17. 20. 24. 25. 28. 30. 32. 37. 38. 42. 43. — 41. — 15. 21. 22. 23. 26. 40. 43.

Coniunctiones leguntur hae:

δέ in initio capitum 17. 24. 25. 26. 27. 36. 38 (?). 40.
caput dividens 7. 8. 17. 21. 24. 25. 26. 29. 33. 37. (39.) 41 bis.
praeterea verba dividens: 31. 39 bis.
μέν — δέ 11. 20. 27. 37. 39. 40. 41. 43.
μέντοι 40.
τε — καί: χρυσέων πινάκων τε καὶ ἐκπωμάτων 42. αὐτόν τε καὶ ἑαυτούς 43.
οὔτε — οὔτε 33. οὐ — οὐδέ 7.
(negatio duplex οὐχ ὑπερεκχεῖται οὐδέν 8.)
γάρ cum aliis locis tum: 40 ἔχει δὲ δύναμιν τοιαύτην· τὰ γὰρ χρισθέντα . . . καίεται.

Praepositiones leguntur hae:

ἀνά in compositis: ἀναζάω 6, ἀναξηραίνω 32, ἀναρριπτέω εἰς 8.
ἀπό c. gen. ἀπ' ὀργάνου 3, -τινός 30. cf. Kühner[3] II 1 p. 458. cf. p. 105 § 127, p. 143, γεύομαι ἀπό 31, cf. p. 136, πίνω ἀπό 2. 16. 17. 21. 24. 25, cf. p. 144, μεθύσκομαι ἀπό 20, λούομαι ἀπό 23. ἀπολιθοῦμαι 16, ἀπόλλυμι 40, ἀποπέμπω 43, ἀποπίπτω 21.
διά c. acc. — τὸ πλῆθος τῶν ὕδρων 36.
διαβαίνω c. acc. 4, διαπλέω c. acc. 42. — διαυγής 41.
ἐγγύς 14.
εἰς — τὸ ἐπιόν 43.
ἐγκύπτω εἰς 42, τίθημι εἰς 14, ἐμβάλλω εἰς 9. 34, ἐκρίπτω εἰς 30. — ἀναρριπτέω εἰς ὕψος 8. — πίπτω εἰς 22, ἐμπίπτω εἰς 28, ἐπῆλθον εἰς 7.
ἐν cum locorum nominibus ‚*an, auf*‘ 7, ‚*bei*‘ 1. 2. 8. 20. 21. 26, cum gentium nominibus 3. 5. 10. 11. 15. 22. 23. 24, cum terrarum no-

minibus 4. 13 bis. 17. 18. 25. 27. 28. 35. 37. 38. 41 bis. 42. 43. ἐν τῆι -χώραι 33, ἐν τῆι λίμνηι 34. cf. 30. 37. ἐν τῶι βυθῶι 41. — cf. 4. 6. 10. ἐν τῆι ὁδῶι 7. ἐν βασιλικῶι πλούτωι 42. de libris 1. 8. 43.

γίνομαι ἐν 10. 33, δίαιταν ποιοῦμαι ἐν 10, ἐμβρέχω ἐν 6, λούομαι ἐν 30. ἐγκύπτω εἰς 42, ἐμβάλλω 18, εἰς 9. 34, (ἐμβρέχω ἐν 6), ἐμπίπτω (ἐξ) εἰς 28, ἐνοικοῦντες c. gen. 36. ἔμφασις 8. ἐμπρόσθιος 26. ἔνυδρος 33. 39.

ἕνεκεν 42. dialecti communis forma, v. Mayser I 14.

ἐξ, ἐμπίπτω ἐξ 28, ῥέω ἐξ 40; αἴρω ἐξ 33, πίνω ἐξ 1, λούομαι ἐξ 15, χρίω, βρέχω ἐξ 40.

ἐκβάλλω ἐπί 3, ἐκρίπτω εἰς 30, ἐκπίπτω 26; ἐκφέρω τινός 40. — ἐκλείπω 29. — ἐξάπτομαι 11. — ἐξιλάσκομαι 43. — ἔκπωμα 42.

ἐπί c. gen. Σιπύλου 16. λίμνης 37. τῆς ἠϊόνος 43. — ἐπὶ Συρακουσῶν 7. — de titulis κεχάρακται ἐπί 26, ἐπικεχ. ἐπί 24, ἐστὶν ἐπί 25. — ὅρκους ποιεῖσθαι ἐπί 8, cf. p. 143.

c. acc. ἐφ' ὅσον sc. χρόνον 4. cf. Pap. Taur. 1, 1, 23 (a. 106 a). NT. Mt. 9, 15. 2 P. 1, 13 (Ebeling. 303 a), cum χρόνον paucis payrorum locis et NT. Rom. 7, 1. 1 Kor. 7, 39. Gal. 4, 1.

ἐκβάλλω ἐπί 3. παραγίνομαι ἐπί 43.

ἐπινήχομαι 39, ἐπιν. ἐπί c. gen. 37; ἐπῆλθον εἰς 7, τὸ ἐπιόν 43; ἐπιχαράσσω ἐπί 24, ἐπισπῶμαι πρός 40, ἐφάπτομαι 27, ἐπιτελέω 43 bis. ἐπιχώριοι 8. 33. 40. 41. 43 bis. ἐπίγραμμα 24. 25. 26.

κατά c. acc. loci *‚bei'* 29. 31. 32. 39. *‚in'* 40. cf. Kühner³ II 1 p. 477/8. Helbing 92. Schmid, Att. IV 456: ap. Philostr. saepe legitur.

κατακλύζω 8, καταπίνομαι 41 bis; καταφαίνομαι 41. καταστέφω τινά τινι 43. — κατασκεύασμα 42. — κατάφυτός τινι 37. καθόλου 8.

μετά in compositis:

μεταβαίνω 37, μετακινοῦμαι 38. μεταλλάσσω 15.

παρά c. dat. nom. terrae (cf. Helbing 127), quod legitur PF. 6, nusquam (sicut *apud* legitur apud auctores Latinos aetatis inferioris) adhibitum praeterea repperi, ut ea praepositione idem significetur quod praepositione ἐν cum dativo. apparet mirab. ausc. 29 περί c. acc. scriptum esse, unde fortasse licet conicere auctorem communem (v. p. 66 sqq.) usum esse praepositione παρά vel περί sententia usitatiore.

c. dat. loci 36. c. dat. nom. gentis 12, cf. παρὰ βαρβάροις Aristot. π. ζ. μορ. 3, 10. 673 a 25, παρὰ Κενταύροισιν Telecl. fr. 11 FCG. II 375 (M.) cf. Helbing 127.

c. acc. loci *‚bei'* 16. 31. —

παραγίνομαι 43 bis, παραλλάττω 17, παρέχω c. acc. 7. — παραπλήσιος 17. — παραχρῆμα 11. 14. 15. 26. 28. 40.
περί c. gen. λέγεται περί 41.
c. acc. loci ‚*bei*' 1. 9. 30. 34. 36. — cf. Kühner[3] II 1, 494. Bonitz Idx. Aristot. 579 a. πέτομαι περί 22.
περικείμενος 28. περίμετρον 37.
πρό: προειρημένος 2. 13.
πρός c. acc. ἐπισπῶμαι πρός 40.
πρὸς τὴν πόσιν 18. — πρὸς τρυφήν 42, πρὸς ἀπάτην 39.
μεταβαίνουσα πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων φοράς 37. πρός idem significat quod praepositio Latina *ad* et Germanicae voces *auf* — *hin*, *infolge*. — προσαγορεύω 43, πρόσειμι 29; προσηνής 29.
σύν 43. συντρίβω 9. συμφωνία 43, σύστημα 6.
ὑπέρ c. gen. ὅρκους ποιεῖσθαι ὑ. 8.
c. acc. τὸ ὑπὲρ αὐτό (sc. ὄν) 11.
cf. Helbing 151. Schmid, Att. IV 467: Philostr. E. 251, 15.
ὑπερτίθημι 11, ὑπερχέω 14.
ὑπό c. pass. κωλύομαι 27, αἴρομαι 33, φυλάσσομαι 40.
ὑπομένω 35, ὑπάρχω 11 bis. ὑποκείμενος 8.

Verba cum duabus praepositionibus composita: ἀποκαθίσταμαι 9, συμμετοικέω 39, ὑπερεκχέομαι 8.

De sententiarum compositione.

Omittuntur formae verbi εἶναι: ἐστί 1. 2. 3. 4. 41, εἶναι 15. 23.
pro εἶναι scriptum est ὑπάρχειν 11.
Post nomina generis neutrius pluralia singularis verbi adhibitus est: 2. 28. 40 bis.
repetitur verbum ὑπάρχειν-ὑπάρχειν 11.
componuntur eiusdem verbi formae diversae διαβαίνοντες διαβαίνουσιν 4; cf. Hdt. IV 72. I 68. 94. IV 200 (Kühner[3] II 2 p. 583). porro πεφαρμάχθαι καυστικοῖς φαρμάκοις 40.
adiectiva substantivis similia significantia (tautologia): κρηνίδιον μικρόν 9, πλῆθος πάμπολυ 39.
adverbium secundum dialecti communis rationem in sententiae fine scriptum est: αὐτομάτως 5.
negationis nota μή cap. 29 quamquam cum ἁγνός cohaeret, tamen ante τὶς posita est, fortasse hiatus evitandi causa; nam μή τις ἁγνός non idem significat atque τὶς μὴ ἁγνός.
ex oratione directa in obliquam sermo traducitur: 12. 24. 26.
parenthesis modo interpositae sunt voces καλουμένη δὲ Κολόη in cap. 39, voce δὲ parenthesim indicante. cf. cum verbo finito καλεῖται c. 42.

constructionem relativam articulo intercedente interrumpere auctor solet: ἐξ ἧς οἱ ἵπποι πίνοντες μαίνονται 1; eodem modo in capitibus 2. 4. 6. 15. 16. 21—25. 28. aliis autem in capitibus coordinata haec sunt sicut exempli causa: τοὺς δὲ πίνοντας ἀπ' αὐτῆς 17.

Latinae autem linguae secundum rationem scripta sunt haec: ἐν τῶι Ῥεατίνωι ἀγρῶι = in agro Reatino 14, cf. infra; ἐν Ἀλιφάνωι = in Al(l)ifano sc. agro 27; Ἄουερνος = Avernus 28, cf. p. 135; Κοῦμαι = Cumae 28, cf. p. 140. λίμνη Κουτιλία = Cutilia 37, cf. p. 117; λάκος Οὐαδίμωνος = lacus Vadimonis 38, cf. p. 140/1. 143; Κιμίνου λάκκου = Cimini lacus 41, cf. p. 139. cf. Hermes VI (1872) p. 129 sqq. et 280 sqq.: W. Dittenberger, Römische Namen in griechischen Inschriften und Literaturwerken. Theodor Eckinger, Die Orthographie lateinischer Wörter in griechischen Inschriften. Diss. Turic. 1892. Ludwig Hahn, Rom und Romanismus im griechisch-römischen Osten 1906.

Transeo ad dictionem verbis memorabilioribus adhibitis describendam.

ἄβροχος 4. in Atticistarum sermonem et nonnullorum auctorum aliorum soluta oratione scribentium e poetarum pervenit: Eur. Hel. 1500. Aeschin. I 21. Nicand. ther. 339. Ath. II 53 d. Luc. merc. cond. 10. cf. Schmid, Att. I 318, III 178. saepe in papyris legitur = *non irrigatus* (opp. ἔμβροχος), v. Mayser I 30.

ἀγρός 13. vocem ἀγρός sententia Graecae χώρα adhibitam videri memoravi p. 80. alio autem loco eadem sententia adhibitam non inveni, legitur contra: ἡ Ῥεατίνων χώρα D. Hal. A.R. II 48 et γῆ Ῥεατίνη I 14. (cf. Pape, Egn.[3] 1303, qui adiectivum Ῥεατινός falso dicit legi ap. PF. 13, scriptum enim est sicut ap. D. H. I 14 Ῥεατῖνος).

αἰφνιδίως 41. legitur apud Thuc. II 53. IV 96, 5. V 8, 4. 9, 7. VII 3. 23. Philosteph. ap. Tzetz. Hist. VII 144, 675; v. p. 104. LXX 2 Macc. 5, 5 et 14, 22 (Symm. ψ 54 [55], 16). Josephum, cf. Brüne 25. Callisthenem pers. II 26, 4 (p. 88 M.). Theophanem p. 126, 18. 138, 25 (de Boor). cf. Hesych. A 2186 αἰφνιδίως· ἐξάπινα.

apud alios autem adverbii loco adhibetur αἰφνίδιον.

Ἀλίφανον 27. de nomine urbis Allifarum cf. Pape Egn.[3] 64 et 60, qui Ἀλίφανον locum Italiae esse putat (v. p. 133), PW. I 1585, Thes. L. L. I 1679, 8—41, ubi de Sotione personato non commemoratum, *Alifas* autem a nonnullis scribi demonstratum est.

ἄλογος 6. 9. 21. pro ἄλογα ζῷα (PF. 9) legitur apud MA. 117 ὑποζύγια, ap. Antig. 142 βοσκήματα.

Permultis locis ἄλογα vocantur ζῶια, modo omissa modo apposita voce ζῶια; exempla igitur inutile est afferre (cf. Diels, Vor-

sokr.[3] Parmenid. A 45. Democr. A 116. B 164. Emped. B 136. Schmid, Att. I 143, II 167, IV 253). sed non omnia animalia ἄλογα vocantur, sed ὑποζύγια (cf. MA. 117), i. e. *equus* (Byzantinos auctores et Graecos recentioris aetatis pro ἵππος adhibere τὸ ἄλογον notum est) et *asinus*, praeterea βοσκήματα (cf. Antig. 142) i. e. *ovis* et *capra*. qua de causa cum aves ἄλογα non dicantur, etiam in PF. 6 ἄλογα [non ἄλλα] ζῶια iure legitur, quamquam apud Aristotelem personatum de eadem re referente legitur λοιπῶν.

cf. Suid. II 2, 1362, 16—20 et Hesych. Υ 633 s. v. ὑποζύγια. Ast. lex. Plat. III 451 ὑποζ. — de voce βόσκημα cf. Schmid, Att. II 192; Schmidt, Synon. II 435/6. IV 589.

ἀναζάω 6. ἀναζῆν = *reviviscere* legitur cum ap. Nicandrum (ap. Ath. IV p. 133 b θερμοῖς δ' ἰκμανθεῖσαι ἀναζώουσ' ὑδάτεσσι). Artemid. IV 82. Geopon. XV 1, 28 tum in Novo Testamento et libris auctorum christianorum (cf. Ebeling 29 a).

qua voce vulgari evitata scripsit Aristoteles personatus ἀναβιοῦν (cuius verbi praesens praeter hunc locum non legitur nisi schol. Pind. Pyth. 3, 96 et Procl. in remp. II 113, 6 Kroll [= Democr. fr. B 1 Diels, Vorsokr.[3] II 55] eodem modo intransitive, ut dicitur, adhibitum, sicut ἀναζῆν) Atticam scilicet dictionem se sequi ratus. cf. Lex. Seguer. VI (Bkk. anecd. p. 395, 12—14) ἀναβιώσκεται καὶ ἀναβιώσκει μᾶλλον ἢ ἀναβιοῖ. λέγουσι δὲ καὶ ἀναζῆν.

ἀναίσθητος (τῆι ψυχῆι) 25. cf. Aristot. Top. I 15, 106 b 24 ἀ. εἶναι κατὰ ψυχήν. cf. Schmid, Att. IV 55 (Philostr. I. 326, 20 c. gen.), Schmidt, Synon. 84, 9 = II 609.

ἀναρριπτέω 8 dialecti communis esse edocuit Schmid, Att. I 253. II 77. III 101. IV 128, sed etiam ab Atticistis adhibitum. cf. Arist. π. κόσμου 4, 359 b 23 αἱ πηγαὶ (Aetnae montis) ἀναρριπτοῦσι μύδρους.

Ἄουερνος 28. haec forma apud neminem alium legitur, solus Cassius Dio bis scripsit Ἀουερνίς. alia autem nomina litteris *Av* incipientia iam prius apud auctores Graecos et in titulis Graecis litteris Ἀου scripta esse edocet Theodorus Eckinger (Die Orthographie lateinischer Wörter in griechischen Inschriften. Diss. Turic. 1892, p. 15). sed etiam Dionysius Halicarnassensis ita scribit Ἀουεντῖνος A. R. I 71. 79. 86. II 37. al. omnium autem nominum ab Eckingero enumeratorum propria Graeca forma non exstat. *Avernus* autem dicebant Romani, Ἄορνος Graeci, unde colligendum est auctorem Latine scribentem adhibitum esse.

ἀπάτη 39. πρὸς ἀπάτην eodem modo nusquam inveni scriptum, legitur autem apud Aristot. π. ζώιων γενέσ. 3, 5 p. 756 a 31 συμ-

βάλλεταί τι πρὸς τὴν ἀπάτην et ap. Philonem vol. 2 p. 189 πρὸς ἀπάτην ἀκοῆς.

αὐτομάτως 5. cf. Schmid, Att. III 234 et Diod. III 66 πηγὴν αὐτομάτως ἐκ τῆς γῆς οἴνου ῥεῖν; cf. Pherecrates com. Pers. fr. 3 αὐτόματοι — ποταμοί — ῥεύσονται FCG. II 316 (M).

ad ὕδωρ ἄφθονον 7 et ἀργυρωμάτων ἀφθόνων πλῆθος 42 cf. Aristot. meteor. II 4, 360 b 11 ὕδατος πλῆθος ἄφθονον.

βρέχω 40. de aoristo ἐβράχην v. p. 129. β. ἐξ apud alios auctores nusquam inveni et a nullo memoratum.

ἀφανῆ γίνεται· βυθιζόμενα 28. βυθίζω ex Aristotelis temporibus saepe adhibetur. cf. Philostr. V. A. 151, 17 Σπάρτην βυθισθεῖσαν καὶ ἀφανισθεῖσαν (οὐκ ἐν θαλάττηι μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν γῆι). Aristot. pers. probl. 13, 5 p. 931 b 39. ἀφ. γιν. Diod. V 4 β. ταύρους ἐν λίμνηι. XI 18 νεώς.

βυθός 41. 42. idem apud poëtas et apud Atticistas legitur, v. Schmid, Att. I 324. III 188. IV 283.

γέμω 14. alia sententia οἴνου γέμειν adhibuit Posidonius loco ab Athenaeo servato (IV 78, 176 b c) ὄνους ἐφελκόμενοι γέμοντας οἴνου καὶ παντοδαπῶν βρωμάτων; *onustos* esse intellegendos apparet. simili modo atque Isigonus voce usus est ea Plat. Crit. 117 E. legitur idem LXX Hiob. 32, 19 A ἀσκὸς γλεύκους γέμων et paucis locis Novi Testamenti (HR. 235 c, Ebeling 79 b).

γεύομαι ἀπό 31. ἀπό ante genetivum partitivum apud alios auctores rarum esse videtur; inveni enim nusquam nisi LXX 2 Reg. 3,35 οὐ μὴ γεύσομαι ἄρτου ἢ ἀπὸ παντός τινος; cf. Gen. 25, 30 γεῦσόν με ἀπὸ τοῦ ἑψήματος.

γεῦσις 20. inde ab Aristotele adhibitum esse videtur. legitur etiam ap. Ael. v. h. 131, 17. cf. Schmid, Att. III 234.

δίαιτα 10. τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι ἐν . . . sumptum est e communi Sotionis Aristotelisque personati fonte. adhibetur cum alia sententia: *victum parandi*, *considendi* ap. Thuc. I 6. Xen. Cyrop. VIII 6, 11 tum sicut apud PF. ab Herodoto II 68 de crocodilo commemorante ἐν ὕδατι δίαιταν ποιεύμενον. cf. Aristot. π. ζωῆς κ. θαν. 6, 470 b 3 π. τ. δ. ἐν ἀέρι. Pol. IV 18, 2.

διαυγής 41. δ. vocatur ὕδωρ ap. Plutarch. Anth. Themist. Callisth. pers. II 25. 39 (πηγὴ διαυγής 39). MA. 112; Arethusa: Luc. dial. mar. 3. e poetarum sermone depromptam esse hanc vocem docet Schmid, Att. I 150. 325. IV 286.

δριμύς 14. Atticorum sermoni debetur (Sturz, Lex. Xen. I 770. Schmid, Att. I 117), vinum autem ea voce significans Lucianus

eam adhibuit, de merc. cond. 18 δριμὺς οἶνος. cf. Diels, Doxgr. 518, 15 sqq. Thphr. fr. de sens. 67. Hesych Δ 2399. 2400.

δύναμιν ἔχειν eodem modo, atque legitur PF. 40, scripsit cum Dioscurides tum Diodorus II 14, 4, v. p. 84 § 74.

ἐγκύπτω εἰς 42. idem legitur ap. Hdt. VII 152 (cf. Helbing 36). LXX Dan. Bel. 39.

ἐκβάλλω ἐπὶ τὴν γῆν 3. similiter scribit Ctes. ap. Phot. ἐκρίπτειν εἰς τὸ ξηρόν de eodem fonte Indico, PF. 30 autem de Siciliae lacu, de quo MA. 112: ἐκβ. ἐπὶ τὸ ἔδαφος. cf. p. 62 § 21 et p. 104 § 125. quae autem similia leguntur, pleraque scripta sunt de hominibus vel navibus e mari ad litus eiectis: cf. ἐκβ. εἰς τὴν γῆν Hdt. VII 170. al.

legitur autem ἐκβάλλω τοὺς ὀδόντας pro Sotionis pers. ἐκπίπτειν ποιεῖ (26) ap. Ruf. ap. Orib. coll. med. V 3, 30 p. 334 Dbg. v. p. 95 § 102; cf. Eur. Cycl. 640. Arist. H. A. II 22, 576 a 13.

ἐμβρέχω 6. de forma ἐμβραχέντα v. p. 130. legitur hoc verbum apud Nicandrum, Josephum, Paulum Aeginetam (v. p. 130), Theodoretum, Theoph. Nonn., Geopon., Hippiatr. auctores. Aristoteles autem personatus, cum elegantius scribere studeret, vocem aliam interposuit ab antiquioribus auctoribus adhibitam:

ἀποβάπτω. utuntur enim hoc verbo: Herodotus, Aristophanes, Aristoteles, Nicander, LXX, Dioscurides, Plutarchus, Antyllus (qui et ipse ἀποβαφέντα aoristum secundum passivi perscripsit Aristophane [fr. 366 ap. Ath. VII 329 b] ἀποβάφθη aoristo primo uso). cum praepositione εἰς iunctum legitur hoc verbum ap. Hdt. IV 70 (εἰς κύλικα). Aristot. Polit. VII 17, 1336 a 16. Alex. ap. Ath. XV 691 e (εἰς τὸν μύρον) sicut MA. 141, v. p. 66.

ἐμπρόσθιος 26, ab Atticis et Atticistis adhibetur, cf. Schmid, Att. IV 161 b. ἐμπρ. ὀδόντες leguntur ap. Aristot. phys. ausc. II 8, 198 b 25 et schol. Aristoph. pac. 34.

ἔμφασιν ποιεῖν 8, (alia sententia ex. causa: Theophr. de lap. 30. Pol. V 110/6) eadem sententia adhibuerunt Strab. VIII 353 C de Iovis simulacro Olympio tanto, ὥστ' ἔμφασιν ποιεῖν, ἐὰν ὀρθὸς γένηται διαναστάς, ἀποστεγάσειν τὸν νεών; et cum genetivo Lyc. Rheg. > Call. > Antig. 160 de χυτρίνωι (apud Coos): ἀτμὸν ἐκβάλλειν καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τοῦ ζεῖν. eadem sententia ἔμφασιν ἔχειν praeter Diod. XI 89 (v. p. 67) legitur apud Dion. Hal. Thuc. iud. 16.

ἐνιαύσιος 43. saepe de diebus festis dicitur: ἑορτὴ ἐνιαυσία: Hdt. IV 180. Ion. trag. fr. 21 p. 736. Procop. I p. 218. πανηγύρεις Aristot. π. κόσμου 6, 400 b 21. — LXX interpretes plerumque sacrificia ἐν. dicunt (ἀμνοί Ex. Num. Lev.) cf. HR. 479 a.

ἐνοικεῖν 36. οἱ ἐνοικοῦντες iungitur cum ἐν sicut verbum

a LXX interpretibus, cum ἐπί solis ab LXX int., cum accusativo — sicut verbum ab Herodoto II 178 a et aliis — a Thucydide I 18 et Euripide fr. 917, 2; sed adiectivi in modum cum genetivo coniunctum adhiberi id participium nusquam legi.

ἔνυδρος 33. 39. ἔνυδρα ζῷα apud multos auctores legitur cum alios (v. Diels, Doxgr. 751) tum apud Aristotelem (v. Bonitz Idx. Arist. 256/7); similiter θηρία (v. Diels) vel ἔνυδρα loco substantivi; Diodorus autem II 48, 7 vocat τὰ καθ' ὕδατος εἰωθότα ζῷα (v. p. 108), quae ἔνυδρα ζ. dicit PF. 33.

sed πτηνὰ ἔνυδρα (39) nemo alius videtur memoravisse.

τὸ ἐπιόν 43. sicut substantivum praeter hunc locum non videtur legi nisi apud Aristot. rhet. III 14, 1414 b 21. 18, 1419 a 22 et Luc. v. h. 2, 27. sed cum substantivis apud multos auctores legitur ad tempus cum futurum tum insequens significandum: χρόνος Plat. Tim. 44 B. Legg. VI 769 C. Conv. 219 A. Xen. Cyrop. II 1, 10. Apol. 26. Isocr. Pg. 171. Ar. 22 (εἰς τὸν ἐπιόντα χρ.) — ἐνιαυτός Plat. Legg. VI 767 D. (deest autem ἔτος ap. PF. 43). — χειμών Thuc. IV 134. VII 6, 4. — θέρος Thuc. VIII 2, 2. — ἡμέρα Plat. Crit. 44 A. Thuc. VII 74. Eur. Phoen. 1631. Polyb. XVI 8, 5. Nov. Test. Ps. Callisth. II 27. 29 (p. 89. 90 M.). ἡ ἐπιοῦσα Pol. II 25, 11. V 13, 10. — νύξ Plat. Crit. 46 A. Thuc. IV 38, 4.

pro ἐπῆλθον, quod verbum commune apud PF. 7 legitur, Aristoteles personatus scribit MA. 56: συναπαντάω, quae vox rara praeterea non superesse videtur nisi ap. Greg. Nyss. vol. 3 p. 604 C (perf.).

ἐπιχαράσσω 24. legitur ap. Thphr. Plut. Popl. 11. Philostr. VA. 343, 12 (Schmid, Att. IV 357), sed de inscriptionibus praeter hunc locum non videtur adhibitum esse.

ἐρέα (2) = *lana* legitur his locis: Hibeh Pap. 115, 20 (p. a. 250 a) (nisi hoc loco adiectivum ἐρεοῦς intellegendum est). Callix. ap. Ath. V 26, 197 b. Strab. IV 196. VI 284. XII 546. XV 694 C. Geopon. X 66, 1. Schol. Dion. Chrys. or. 72, 1 (Sonny, ad D. Chr. Analecta p. 127). Tzetz. chil. I 468 (v. p. 60 § 119); apud alios scriptores Byzantinos, v. Sophocles p. 522 a; communis dialecti propria esse haec vox videtur.

εὐετηρία 43, cf. Schmid, Att. IV 125, ex Atticorum dictione depromptum est.

εὔχομαι in cap. 43 et cum dativo et cum acc. c. inf. iunctum est, quod ab alio auctore nullo scriptum inveni praeter Eur. Alc. 335.

ἔχω: ὕδωρ ἔχουσα θερμὸν ὀσμὴν δὲ βαρεῖαν. ʼὀσμὴν ἔχειν oxy-

moron videtur, sed legitur idem ap. Diod. II 14, 4 (v. p. 83 § 74), MA. 113 (v. p. 100 § 117). Dan. Eph. διηγ. 17.

ἠϊών 43, etiam ab Atticistis adhibetur, e dialecto Ionica depromptum. cf. Schmid, Att. I 330. II 201. III 301. 676.

θεμέλιος non θεμέλιον legitur PF. 41, sicut ap. Thuc. I 93, 2. Xen. Hell. V 2, 5. Hipp. 1, 2. Aristot. Pol. I 40, 9. LXX. NT. Jos. B.I. I 401 VI 27. 93. cf. Mayser I 289.

θεραπεύω 9. sententia vocis *medeor* dialecti communis proprium esse videtur, cf. Arr. anab. Alx. II 27, 3 θεραπεύομαι τραῦμα. Callisth. pers. III 12 (p. 108 b M.) χρυσός . . . οὐ τραῦμα θεραπεύει. eodem autem loco scribit Theop. > Call. > Antig. 142:

ὑγιάζω, de quo verbo inde ab Aristotele sententia ‚transitiva' adhibito cf. Arist. anal. post. I 13, 17 τὰ ἕλκη τὰ περιφερῆ βραδύτερον ὑγιάζεται. Pol. III 70,5. Alx. Aphrod. probl. 1 ὑγιαζόμενα ἕλκη; Anon. ap. Suid. ὑγιασθεὶς τοῦ τραύματος. Ammon. p. 107 ὑγιασμένη σάρξ ἐκ τραύματος; cf., quod ad finem Antigoni capitis spectat, ὑγ. vi ‚intransitiva' adhibitum: LXX Lev. 13, 37 ὑγίακε τὸ θραῦσμα.

Aristoteles autem personatus MA. 117 scribit ὑγιεινὸν ποιεῖν. ὑγιεινός eadem sententia, qua vox Latina *sanus* adhibetur, etiam a Platone (v. Ast, lex. Plat. III 429) et aliis adhibita est. sed ὑγιεινὸν ποιεῖν sicut Romani dicebant ‚*mederi*' nemo Graecus videtur scripsisse.

θερμαίνω verbum cum apud auctores antiquiores tum apud poëtas saepe adhibitum et apud Antigonum (v. p. 73 § 47) scriptum, cap. 11 non descripsit Sotio personatus, sed sententia mutata θερμὸν ὑπάρχειν minus sollerter interposuit dialecti communis verba.

κάρφος 28, e poëtarum lingua depromptum (Schmid, Att. I 333) legitur cum φύλλον coniunctum ap. Sophr. ap. Demetr. eloc. 147, cf. LXX Gen. 8, 11.

καταπίνω 41, similia leguntur apud Pol. II 41, 7 πόλις καταποθεῖσα ὑπὸ τῆς θαλάσσης et Dan. Eph. διηγ. 17 (p. 21/22) πόλεις ὑπὸ τὸ ὕδωρ τοῦτο (sc. Mare Mortuum) κατεπόθησαν. ab aliis cum βυθός iunctum v. LXX ψ 68 (69), 15 et EM. 495, 14—16. cf. quos collegit de Amphiarai interitu locos Unger, Theb. Parad. 164.

καταστέφω 43, cf. Schmid, Att. IV 308 b. vox debetur dialecto communi, Attici enim scribunt στεφανόω.

κατάφυτος 37, legitur praeterea ap. Pol. XVIII 3, 1. Strab. XII 535 C τοῖς ἡμέροις δένδροις κ. XVI 770 C ἐλαίαι κατ. Diod. II 37. Luc. necyom. 11 κ. ἀσφοδέλωι. cf. Hesych. K 1506.

Κίμινος λάκκος 41, apud Romanos plerumque *Ciminius* vocatus est, Strabo V 226 Κιμινία λίμνη scribit, lacus *Ciminus* Serv. in Verg. Aen. VII 697. cf.Thes. L. L. Onom. II 442, 82—443, 45.

κιρνάω 18, verbum e poëtarum sermone depromptum etiam apud Polybium et Lucianum legitur (cf. Schmid, Att. I 335. IV 674) et dialecti communis proprium est.

κολυμβάω 10 = *natare* Moeris p. 267 (P.) Atticorum non esse refert, immo scriptores Atticos verbis νέω et νήχομαι usos esse. ap. PF. 3 autem significat *urinari* et ea sententia legitur ap. Ctes. ap. Phot. bibl. c. 72 p. 49, v. p. 62 § 21, et apud alios multos, cf. ἀποκολ. Pap. Paris. 22, 11 (a. 165 a). Indicum ergo illum lacum (PF. 3) urinantes, Sicelicum (PF. 30) lavantes eicere refert Sotio personatus.

Κοῦμαι 28, teste Pape (Egn.[3] I 767 a) Ptol. III 1, 6 solus praeter Sotionem personatum hac forma usus est. de quo non memorat Thes. L. L. Onom. II 742, 47. 743, 33. 35 autem addit Herm. Pal. vis. I 1, 3. II 1, 1. *u* autem litteris ου saepe Graecos reddidisse edocet Eckinger 59 sqq. at non solum de vocalium transscriptione agitur, immo Κοῦμαι a Graeca lingua abhorret, cum urbs illa Graece Κύμη, Latine *Cumae* vocata sit.

κρηνίδιον 9, inter Graecos auctores adhuc exstantes nemo videtur adhibuisse, nisi Sotionis et Aristotelis personati auctor communis, unde fluxerunt PF. 9 et MA. 117, v. p. 66. communis autem dialecti proprium esse videtur neglecta deminutivi significatione, sicut apud Graecos recentiores fieri solet. Romani autem voce *fonticulus* saepius usi esse videntur. quam scriptam novi ap. Hor. sat. I 1, 56. Vitr. VIII 3, 11. Plin. n. h. XXXI 107. 108. Plin. ep. Col. Amm. Exc. 83.

quod eo effectum esse videtur, quod *fonticulus* idem significat atque voces Graecae κρηνίδιον, πηγίδιον (v. Unger, Theb. Parad. 112), λίμνιον (cf. p. 49 sqq. § 2), quae legitur MA. 112 (v. p. 104 § 125).

κρυφίως 17, praeterea legitur his locis: Jos. A.I. X 164, cf. Brüne, 21/22. Sch. Eur. Hipp. 993. Marin. v. Procli 33 p. 27 Boiss. Amphil. p. 98. Dionys. Areop. p. 47. cum genetivo iunctum legitur iam ap. Aristoph. Plut. 318 et in Vet. Test. interpr. Sm. Hab. 3, 14; interpr. Al. 2 Chr. 26, 21 (v. HR. 793 b).

κτύπος 43, cf. p. 122 § 164 et Schmid, Att. I 336. II 200. IV 312.

Κύστειρος 32, de nominis formis variis cf. Stein ad Hdt. VII 109.

λάκος 38, λάκκος 41 cf. p. 129, deinde p. 115 § 149, ubi memoravi, hanc vocem ab auctoribus Graecis non adhiberi nisi de Italiae lacubus commemorantibus.

Legitur enim Κούρτιος λάκκος ap. Dionys. Halic. A.R. II 42. Plut. Rom. 19. Galba 27. — λάκκος Λουκρῖνος Xenocr. 43. cf. L. Hahn, Rom u. Romanismus p. 128 a. 22. 232 a. 5. 249 a. 12.

λιπαίνω vox non adeo usitata et ab inferioris tantum aetatis auctoribus adhibita esse videtur. legitur enim sententia propria ap. Asp. et Ax. ap. Ath. V 219 c. VIII 342 b. LXX ψ 23, 5. 141, 5. Opp. Greg. Theophyl. Nic. Aretae. Anth. Pl. IV 273. Eust. opusc. p. 229,43 ad Hom. Od. I 72.

λούομαι.

c. dat. 21, legitur eodem modo ap. Hom. Od. ζ 216 (act. saepe, v. Ebeling, Lex. Hom. I 998). Eur. Alc. 160. Aristoph. nub. 1044. Lys. 918. Pl. 658. Xen. mem. III 13, 3. Lycophr. Alx. 446. LXX Lev. 15, 5 sqq. vicies bis. Num. 19, 7. 8. Deut. 23, 11. Luc. de mer. 13, 3. Arist. pers. probl. 13, 10 p. 932 b 25. Himer. eclog. 19, 3 p. 266.

c. ἐν 30, legitur eodem modo de aquis naturalibus ap. Hom. Od. ζ 210. η 296. LXX 2 Reg. 5, 10. 12. Callisth. pers. II 25 (p. 83 M.). Parmenisc. ap. Schol. Eur. Tro. 228. v. p. 57 § 12. Eust. ad Dion. 373 (act. λούω ἐν ποταμῶι Simonid. Anth. Pal. VII 443 a); de lavacris ap. Plat., alios, Pol. ap. Ath. V 194; ἐν ὕδατι LXX Lev. 14, 8 (λούω ἐν ὕ. LXX Ex. 29, 4. Ezech. 16, 9). praeterea: ἐν πηλῶι Arist. HA. VIII 6. ἐν τῶι αἵματι LXX 1 Reg. 20 (21), 19. 22, 38. ἐν γάλακτι LXX Cant. 5, 12 (act. ἐν τῶι πυέλωι Scol. ap. Ath. XV 695).

c. ἐξ 15, perraro adhibitum esse videtur, nam Thesauro L. G. (V 397) de Himer. or. 21 p. 74 tantum commemoratur, ubi non plane eadem sententia adhibitum est: ἥλιος ὅταν ἐξ Ὠκεανοῦ λουσάμενος ὑπὲρ γῆς ἱππεύηι; videtur enim praepositione ex etiam sol ex oceano oriens describi (act. Hom. κ 361).

c. ἀπό 23, legitur eodem modo ap. Hom. hymn. 32, 7 de Luna: ἀπ' Ὠκεανοῖο λοεσσαμένη χρόα καλόν. Hes. op. 748/9. Hdt. III 23 (unde hausit PF. 23, v. p. 92/3 § 97/98). Aeschin. ep. 10 p. 680. Eudox. > Call. > Antig. 163 (v. p. 63 § 24). Callim. hymn. in Del. 124. Plut. probl. Rom. p. 264 C.

e qua varietate a Sotione personato vel ab Isigono adhibitos esse nonnullos auctores demonstrari videtur.

μαδάω 21, cf. Schmidt, Synon. 63, 3 = II 365.

μαίνομαι sicut apud PF. 1. de equis adhibitum est ab Aristotele HA. VIII 24, 604 b 3. de ἐκθηριοῦμαι, quod apud Aelianum legitur (v. p. 54 § 7), cf. Schmid, Att. III 194.

μακρόθεν 40, et apud poëtas et apud auctores dialecto communi usos et apud Atticistas legitur, cf. Schmid, Att. I 152. III 247.

ἐλαχίστη τὸ μέγεθος 30, cf. Hdt. IV 42 κρήνη πικρὴ μεγάθει

σμικρὴ ἐοῦσα. cf. II 74. III 107. Zeno fr. B 1 (Diels, Vorsokr.[2] I 133, 13. 19. 23) μικρὰ μὲν ὥστε μὴ ἔχειν μέγεθος. Aristot. μικρός, μείζων, ἐλάττων τὸ μέγεθος π. ζ. μ. III 14, 675 a 29. met. I 6, 344 a 1. 2, 8. 366 a 11. HA. II 4, 505 b 14. π. ζ. γεν. II 1, 334 a 23. Theophr. h. pl. IV 2, 7 τὸ μέγεθος ἔχον σχεδὸν χειροπληθές. Luc. Hermot. 40 κυαμιαῖον τὸ μέγεθος.

contra apud alios legitur μεγέθει μέγιστος cf. Schmid, Att. I 312.

μεθύσκομαι ἀπό 20, cf. LXX Ies. 51, 21 μεθύουσα οὐκ ἀπὸ οἴνου. ab aliis μεθύσκεσθαι cum ἐκ (τοῦ οἴνου NT. apoc. 17, 2), cum οἴνωι dativo (NT. Hebr. 5, 18 cf. Aristot. fr. 101), cum genetivo ab Atticis et Atticistis (Luc. d. d. 6, 3. ep. sat. 22) coniunctum est.

ἀπὸ autem non de vino sed de aliis rebus legitur his locis: LXX ψ 35 (36) 8 ἀπὸ πιότητος οἴκου. Sir. 1, 16 ἀπὸ τῶν καρπῶν ἀρετῆς. Ies. 3, 4 ἀπὸ τοῦ αἵματος (HR. 907 c/908 a). e communis ergo dialecti ratione ἀπὸ adhibitum esse apparet.

quod autem in eadem re describenda apud Antigonum 164 (v. p. 89 § 87) legitur verbum ἀλλοιόω, simili modo adhibuit Pol. VIII 29, 5 ὑπὸ τῆς μέθης ἀλλοιοῦσθαι, sed cum ἐπὶ τῶν οἴνων a nullo alio auctore coniunctum esse videtur.

μέλλω c. inf. praes. 8 communis dialecti proprium est.

μεσονύκτου 19, apud alium auctorem nullum inveni, tamen μεσονυκτίου scribere dubito, cum in codice Laurentiano fol. 11[v] vers. 5 accurate et diligenter scriptum sit. ἅπαξ λεγόμενον ergo videtur.

μετακινέω 38, quamquam ab aliis auctoribus multis adhibetur, tamen eadem sententia nemo eo verbo usus esse videtur nisi Herodotus IX 51.

μεταλλάσσω 15, = *morior* ex Polybii temporibus adhibetur (legitur etiam ap. Plat. pers. Axioch 369 B. 367 C), μετ. τὸν βίον ex Isocratis aetate; v. Schmid, Att. III 244. IV 719 a. 25. ea autem in re describenda (Cichropum fonte) Antigonus usitatiore verbo τελευτάω usus est; v. p. 80/1 § 68.

νησίον 38, praeter hunc locum non legi videtur nisi ap. Heliod. Aeth. I 7. Strab. I 23. III 152. 160. VII 319. Anon. peripl. Pont. Eux. 9, 9. Scyl. 111. Theod. Prodr. ap. Lambec. bibl. Caes. vol. V p. 580. NT. acta 27, 16.

τὸ ξηρόν 30, legitur praeter locos p. 105 a. 1 memoratos apud Thuc. I 109. VIII 105. Theophr. ap. Ath. VII 317 f. LXX Exod. 9, 4 bis. 14, 16. 22. Ath. VII 312 b. cf. quos locos enumerat Diels, Vorsokr.[2] II 2, 414/5.

οἰκούμενος 37. 39 cf. p. 118/9. significare videtur haec vox: *gelegen*, *situs*, quasi fixus et idcirco ad habitandum aptus, *bewohnbar* et

fortasse incolas habere visus, *bewohnt*. quae sententia cum in capite 37 intellegenda esse videtur, in capite 39 significari videtur *situs*.

voce ὁμοίως in cap. 38 similia cum similibus auctor coniungit, sed in initio capitis 14 de vino (quoque eo capite agi videtur significasse, quamquam res plane aliter se habet atque in capitibus antecedentibus 12/13, cf. p. 75—80.

ὀξίζω 20, perraro adhibitum esse videtur. legitur enim, ut videtur, non nisi apud Geopon. 7 et Diosc. I 155. 160 (sqq.). V 12. (K).

ὄργανον, 3. 30. eadem sententia utroque loco adhibitum est, simili legitur apud auctorem περὶ ὕψους 21, 2: τὸ ὡς ἀπ᾽ ὀργάνου τινὸς ἀφίεσθαι (scil. ἀπόλλυσι τὸ πάθος).

ὅρκους ποιεῖσθαι ὑπέρ τινος — ἐπί τινος 8. praepositio ὑπέρ eadem sententia adhibita esse videtur, qua ab aliis auctoribus περί, ὑπέρ autem de iure iurando praeter Pap. Paris. 63 = Petr. 3 p. 20 introd. v. 40 (164 a) non inveni. nam Xenophon r. Lac. 15, 7 ὑπέρ cum eorum nomine coniunxit, pro quibus patronum iurasse narravit.

ἐπί autem utrum ad locum, ubi iurabatur, pertineat an testem eum (sc. fontem) significet — quod veri similius esse puto —, discerni non posse videtur. cf. Pol. exc. Vat. 458. Kühner-Gerth I 497.

ὀσμή 12, secundum Atticos scriptum est, quamquam apud Athenaeum (v. p. 75) idem describentem ὀδμή dialecti communis forma legitur, cf. Schmid, Att. I 207. 340. III 143. IV 209.

λάκος Οὐαδίμωνος 38. haec nominis forma quamquam coniectura constituta est (p. 45 v. 1), tamen litterae ουα et ωνος etiam in codice Florentino leguntur, e quibus cognoscitur formam Latinam *Vadimonis* paene littera post litteram in Graecam linguam translatam esse, genetivi solius nota mutata. sed non ex iis solum concludi potest auctorem Latine scribentem adhibitum esse, sed etiam ex eo quod apud Polybium II 20 legitur Ὀάδμων, unde cognoscitur nominis illius formam Graecam eruditiori auctori Graeco notam esse potuisse. de aliis nominibus Romanis in linguam Graecam translatis, litteris ουα incipientibus cf. Pape Egn.[3] 1085 b sqq. Sophocles 823 a. Theoph. ed. de Boor, idx. p. 682.

ὀχετός 4, plerumque significat aquae cursum arte factum, sicut Hdt. III 9. Thuc. VI 100. de naturalibus autem raro dicitur: Pind. Ol. 5, 12, cf. Ath. II 42 c. Eur. Or. 797. cf. Schmidt, Synon. 204 = II 638 sqq. E. Curtius, Gesammelte Abhandlungen I (1894) D 2 p. 501. aquam fluentem haec vox significat, sicut πηγή (v. p. 51 § 3), cf. Theophr. h. pl. III 1, 5. ὑδάτιον autem voce e Platonis (Phdr. 229 AB) temporibus parva aqua appellari solebat, legitur autem loco vocis ὀχετός ap. Eudox. > Call. > Antig. 163, v. p. 63 § 24.

ὄψον 39, cum alii cibi appellantur tum pisces: Eur. fr. 467, 2. Antiph. FCG. III 75, 2 (M.) Strab. III 144/5. XII 549 C. Pol. XXXIV 8, 6. LXX Num. 11, 22. Tobit 2, 2. 7, 8. Ath. VII 288 d. XIV 649 a. Plut. mor. 667 f. Hipp. 606, 10. Diod. XI 57. Xenocr. 36. Sext. Emp. 329, 22.

πάμπολυς ab Atticis adhibetur. legitur autem sicut ap. PF. 39 iunctum cum πλῆθος ap. Plat. legg. III 677 E.

παραγίνομαι ἐπί c. acc. 43, praeterea non repperi perscriptum nisi ap. Thuc. II 95, 3 et in Testamento Vetere et Novo: LXX 1 Sam. 20, 29. Iudith 6, 11. 14, 3. Bel 14. sexies in 2 Macc. 3 Macc. 5, 16 (HR. 1056 c—1057 b). NT. Mt. 3, 13. communis ergo dialecti id verbum proprium fuit. significatur autem eo idem atque Germanico ‚*kommen*'.

παραλλάττω 17, π. τὴν διάνοιαν nusquam alibi adhibitum repperi. rem alii ita significant: λόγου παραλλάττειν Eur. Hipp. 935. τοῦ λ. π. Philostr. V. A. 126, 14. μανικῶς παρ. Philostr. G. 262, 12. 283, 6. scripsit autem Plut. Pomp. 72 παράφρων καὶ παραπλὴξ τὴν διάνοιαν. voce autem παράφρων (quam de eadem re commemorans Antigonus adhibuit, v. p. 84 § 74) pauciores usi esse videntur.

περίκειμαι 28, de locis adhibitum est etiam ap. Hdt. III 4, 11. VII 9, 3. VIII 2, 10. 7, 1. MA. 102 (v. p. 97 § 109) [cf. ἐπίκειμαι ap. Antig. 152 (v. p. 97 § 109) et ὑπέρκειμαι ap. MA. 102 (v. q. 97 § 109)].

περίμετρον 37, inde ab Herodoto saepe adhibitum est, inter Atticistas a Luciano v. h. 2, 140, sed plerumque ita ut non solum mensurae sed etiam rei genetivus appositus sit. In mirabilibus auscultationibus non legitur nisi c. 112 (v. p. 104 § 125), ἡ περίμετρος autem, quam vocem ceteri et ipsam saepe adhibent, solo capite 100. de accusativo τὸ π. (PF. 37) cf. Kühner[3] II 317 § 410 a. 20.

πίνω cum genetivo non coniunctum est nisi cap. 12. plerumque enim auctor Florentinus scribit

πίνω ἀπό: 2. 16. 17. 21. 24. 25. leguntur autem similia haec: ἀπὸ κρήνης Theogn. 959. Callim. ep. 28, 3/4, πηγῆς LXX Provb. 9, 18; ἀπὸ ποταμοῦ (vel cum nomine fluminis coniunctum) Hdt. II 18. Xen. Cyr. IV 5, 1. Antig. 78. 145. LXX Ex. 7, 18. 24. Strab. VI 263. X 449. MA. 169. 170. Ael. π. ζ. XII 36, v. p. 57 § 12. PP. 15. Eust. Il. B, p. 279 R. ad Dion. 373. Ps. Phav. 1057, 22—25, cf. p. 59 Tab. I et II. — ἀπὸ παντὸς ὕδατος τοῦ σύνεγγυς LXX Sir. 26, 12. — οἶνον. π. ἀπ' ἀμπέλων Eupol. fr. (II 525, 2 M.), cf. NT. Luc. 22, 18. — e vasis bibere: Hom. Il. *Π* 226 ἀπ' αὐτοῦ (sc. δέπαος). Cratin. fr. ἀπ' ἀγκύλης (FCG. II 179, 16 M.). LXX Provb. 5, 15 ἀπὸ σῶν ἀγγείων. eo modo πίνειν ἀπό primum apud Philostratum legi,

cur memoret Schmid, Att. IV 445 non intellego. cf. etiam Soph. O. R. 1401. Aeschin. 3, 224.

cap. 1 autem legitur πίνω ἐξ — nam cum verbo μαίνεσθαι praepositio ἐξ coniungi non potest — quod priores auctores non adhibere solebant nisi potum e vasis significantes, cf. Com. dict. idx. 840 sqq. Ast. lex. Plat. III 104. HR. II 1134/5. Ebeling 332/3, posteriores autem π. ἐξ adhibuerunt etiam de potu e fluminibus al. loquentes. novi enim locos hos:

Hippon. fr. B 1 (p. 226, 4 Diels, Vorsokr.[2]) ἐξ ἧς (sc. θαλάσσης). LXX Ex. 7, 21 ὕδωρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ. Num. 21, 22 ἐκ φρέατός σου (20, 17 λάκκου σου). 3 Rg. 17, 4. 6 et ψ 109 (110), 7 ἐκ τοῦ χειμάρρου ὕδωρ. NT. Ev. Ioh. 4, 12 ἐκ τοῦ φρέατος. 4, 13. 14 ἐκ τοῦ ὕδατος. Ael. π. ζ. XV 25 ἐκ τῆς κρήνης (v. p. 55 § 7). MA. 81 ἐκ τῆς λίμνης (v. p. 106 § 130). Callisth. pers. II 39 (p. 90 M.) ἐξ ὧν sc. ὑδάτων. Strab. epit. X 9 (ἐκ ποταμ.). Io. Antioch. ap. Tzetz. schol. exeg. in Il. p. 133, 20 ὕδωρ ἐκ τῆς . . . πηγῆς. Io. Phoc. ἔκφρ. 8 p. 6 ἐκ τοῦ ὕδατος (sc. πηγῆς). Dan. Eph. 4 p. 4, 24 ἐκ τῶν τοιούτων (sc. ὑδάτων). 17 p. 21/22 ἐξ οὗπερ (sc. ὕδατος). Schol. Lycophr. Alx. 919 = EG. 343, 5. cf. Brugmann-Thumb 465.

π ν ί γ ω 6; πνίγεσθαι = *aquis hauriri* legitur etiam ap. Xen. anab. V 7, 25. NT. Mc. 5, 13. Plut. mor. (exil.) 599 B. cf. Geopon. III 5, 2.

χρωματίνην π ο ι ε ῖ ν: minus diligenter lanam tingere dicuntur ipsa animalia cap. 2, quamquam ab aqua id effici apparet.

Π ό τ ν ι α ι 1, urbis nomini accentus varius imponebatur: alii Πότνιαι alii Ποτνιαί (Xen. Paus. Ael.) id scripserunt. cf. Pape Egn.[3] 1244

π ρ ο ε ι ρ η μ έ ν ο ς 2, apud Atticos, Polybium, Atticistas legitur, v. Schmid, Att. III 149/50. IV 233.

π ρ ο σ η ν ή ς 29, legitur apud auctores Ionicos, poëtas, Thucydidem (VI 77), Atticistas, cf. Hdt. II 94 et Schmid, Att. I 152. II 206. III 217.

ῥ έ ω 40, ὕδωρ ῥεῖ ἐκ πηγῆς. idem apud alium auctorem nullum inveni, sed cf. Hes. theog. 788 et Strab. VIII 356 κρήνη, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς. quod autem significat Sotio personaeus alii aliis verbis describunt: Hom. Il. X 149 πηγῇ, ᾗ ὕδατι ῥέει. Od. ε 70 κρῆναι ῥέον ὕδατι. Plat. (Phdr. 230 B ἡ πηγὴ ῥεῖ) Ax. 371 C πηγαὶ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι. cf. πυρός ῥυέντος ἐξ οὐρανοῦ Philolaos ap. Aët. II 5, 3 (Diels, Doxgr. 813 = Vorsokr.[3] I p. 307 A. 18). Thuc. II 96, 3 Στρυμὼν ἐκ τοῦ Σκόμβρου ὄρους . . . ῥεῖ. III 116 ἐρρύη ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης.

Σ κ ό τ ο υ σ α 9, urbis nominis formas diversas ab auctoribus Graecis perscriptas enumerat Pape, Egn.[3] II 1412 a/b. forma Σκότουσα

legitur etiam ap. Pol. XVIII 3. Plut. Aem. Paul. 8. St. B. s. v. Σκ.; Σκότουσσα autem ap. Plut. Tit. 7. Pomp. 68. Scyl. 64. Ptol. III 13, 31. Antig. 142; quibus Sotionis personati locum Pape falso adnumerat. formam pluralis Σκότουσαι praeter Aristotelem personatum MA. 117 et Stephanum Byzantium nemo videtur adhibuisse.

Στρυμών fluvius c. 34 vocatus est, errat autem Pape (Egn.[3] II 1450 a b) Στρύμονος legi dicens.

συμμετοικέω 39, hoc verbum praeterea non exstare videtur nisi apud Plutarchum, Num. 21, ubi de colonia agitur; alia ergo ap. PF. sententia adhibitum est.

συμφωνία 41, hanc vocem eadem sententia, qua Germani ‚*Konzert*' dicere solent, primus adhibuit Polybius XXVI 10, 5. legitur eodem modo ap. LXX Dan. 3, 5. 7. 10. 15. NT. Luc. 15, 25. Plut. mor. p. 389 D. Poll. IV 107 cum χορεύειν. cf. Cic. ep. ad fam. 16, 9.

μὴ λίαν συντρίψας ἀλλὰ σχίσας 9. voce συντρίβω videtur significari: *findere in parvas partiunculas, detrudere*, voce σχίζω *scindere* tantum vel *frangere*. cf. LXX Ex. 9, 25 πάντα τὰ ξύλα συνέτριψεν ἡ χάλαζα. NT. Mt. 12, 20 κάλαμον συντετριμμένον. Xen. Cyrop. V 3, 50. anab. I 5, 12. IV 4, 7. LXX Gen. 22, 3. 1 Reg. 6, 14. Eccl. 10, 9. — Callimachus autem haec non ita descripsit. nam cum verbo θραύω paene idem significetur quod voce συντρίβω (Schmidt, Synon. 115, 8 sqq. = III 311 sqq.), maiorem vim aquae Scotusaeae inesse dicit. sed fortasse Antigonus nescio quo pacto neglegentius excerpens hac in re erravit. de συντρίβω cf. Hesych. Σ 2729, de θραύω Hdt. I 174. Soph. Phil. 294. Hesych. Θ 702. Phot. lex. 283 Nab. Schmid, Att. III 202.

aquae autem illius vi effici tradunt: ἀποκαθίσταται, quod verbum communis dialecti esse videtur loco verbi συμφύω, quod apud MA. 117 et Antig. 142 (v. p. 66/67) legitur.

σύστημα 6, secundum rationem dialecti communis ipse Sotionis personati auctor videtur scripsisse, cf. Aesch. fr. 464, 8 ὕδατος συστήματα (cf. Gramm. Graeci III p. 2, 27. 108, 33. 157, 20. 161, 29. 297, 21. 299, 4. 9. 445, 13—15). adhibitum est eadem sententia a LXX interpretibus Gen. 1, 10 pro Hebraica voce מִקְוֵה, quae cum de aqua agatur Ex. 7, 19 participio συνεστηκὸς (ὕδωρ), Lev. 11, 36 substantivo συναγωγή translata est. cf. Sir. 43, 20. 48, 17. 50, 3.

sed apud Aristotelem personatum pro σύστημά τι legitur συστρεμμάτιον et fortasse auctor ille verbo τι ad hanc vocem raram adhibendam adductus est. qua tortum aliquid significari intellegitur e loco Pollucis IV 116. praeterea autem in libris auctorum servatorum non videtur exstare. sed cum apud Pollucem res ad circumvolven-

dum apta intellegenda sit, hoc loco vortex videtur intellegendus (non id tantum, quod voce σύστημα significatur) vel quasi motu vitam mortuis reddens vel quasi aquam afferens medicinam volatilibus aqua necatis. ea enim sententia vocem πνίγεσθαι adhibitam esse edocui p. 145.

τρίκλινος 42, Passow[5] II 1967 Athenaeum putat τρίκλινος pro τρίκλινον adhibuisse et Sotio quoque personatus haud scio an idem intellexerit.

ὑπάρχειν 11, eadem sententia qua verbum *esse* legitur fortasse iam ap. Demosth. 55, 24; sed plerumque a recentioribus auctoribus adhibitum est. cf. Schmidt, Synon. II 538, 9. Atticistae autem ab eo dialecti communis usu abstinuerunt.

ὑπερεκχέω 8; verbis ὑπερεκχεῖται οὐδέν Palicorum aquam Sotio personatus fortasse diligentius describit quam Aristoteles personatus verbis εἰς τὸ αὐτὸ καθίσταται (v. p. 66). unde autem auctor Florentinus hanc vocem deprompserit non perspexi; legitur praeterea apud LXX interpr. Diod. Ael. Artemid. alios scriptores dialecto communi usos.

ὑπόκειμαι 8: τοὺς ὑποκειμένους τόπους scripsit Sotio personatus, Aristoteles autem personatus τὸ πεδίον nescio quo pacto. ὑπ. autem eadem sententia adhibuerunt Plut. Sert. 17. Crass. 29. — Aeschin. 3, 118 fin. πεδίον τῶι ἱερῶι ὑπόκειται. Pol. V 59, 4 ὑποκείμενον = *prope situm*. cf. Diod. III 49 ἡ ὑποκειμένη χώρα. Atticorum ergo ex dialecto hoc non est sumptum sed communis dialecti proprium, ubi loca circumiacentia significantur.

φέρω cap. 12 vocem communem auctor adhibuit pro verbo ἀνέχομαι, quo quid fonte Clitorio efficiatur (v. p. 75), diligentius significari videtur.

φρεάτιον 27, utrum ea voce puteus ab hominibus factus an aqua naturalis significata sit, sicut voce ὀχετός (v. p. 144) non facile est discernere. voce φρέαρ nonnulli aquam naturalem significant sicut Hdt. VI 119. cf. Hesych. Φ 851. Hitzig-Blümner ad Paus. I p. 188. sed praeter hunc locum φρεάτιον non exstare videtur nisi apud lexicorum scriptores Moer. Phot. Suid. videtur autem intellegendum esse, quod Germanice vocatur ‚*Wasserloch*'.

φρύγανον ex Atticorum dialecto sumptum est (Thuc. III 111. Xen. Cyr. V 2, 15. anab. IV 3, 11. Aristoph. pac. 991. av. 642. Aristot.) sed etiam apud LXX interpretes et in Novo Testamento legitur, cf. act. ap. 28, 3 συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων τι πλῆθος καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυράν, ἔχιδνα . . . καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Jos. B.I. IV 541. Atticistae autem ea voce videntur non esse usi, communis autem dialecti propria est.

χερσαῖος 10, vox usitatissima, pro qua apud Callimachum legitur κατοικίδιος, de qua voce cf. Schmid, Att. I 334. III 205.

χρίω ἐξ, quod legitur PF. 40, nusquam praeterea inveni nisi ap. LXX Exod. 30, 26 χρίσεις ἐξ αὐτοῦ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου.

χρῶμα 17, vox communis, χρόα (ap. Diod. v. p. 83 § 74) ab Atticistis adhibita docent sermonem quasi vulgarem ab auctore Florentino adhibitum esse, cf. Schmidt, Synon. 78, 2 = II 488. Schmid, Att. II 210. III 161. IV 245.

χρωμάτινος 2, praeter hunc locum non legitur nisi in peripl. mar. Erythr. p. 261, 15. 263, 3 (GGM. I). de χρυσόχροος v. p. 60/61.

ψόφου γινομένου 7, haec verba satis vilia videntur et ab ipso Florentino minoris ingenii auctore apposita. de ψόφος cf. Thuc. III 22. Schmidt, Synon. III 313 sqq.

ψυχρός 11, omissa voce ἄφατον (ὡς ψ.) scripsit Sotio personatus dialecti communis rationem secutus, quae vox a Callimacho adhibita (v. p. 73 § 47) e poëtarum dictione deprompta est; cf. Aristoph. av. 427 ἄφατον ὡς φρόνιμος. 1148 ἄφατος ὡς καλός.

ψυχρότης 35, sententia propria haec vox raro adhibita esse videtur. legitur autem ap. Diog. fr. A 7 (Diels, Vorsokr.[2] 329, 30). Alcm. fr. 134 (Diels 104, 8). Hippon. fr. A 11 (D. 224, 31). Emped. A 81 (D. 166, 45). Parm. fr. A 52 (D. 112, 41). Plat. Pol. IV 447 E (Locr. 102 C. 100 D).

Quibus omnibus perlectis ab Atticistarum sermone alienum esse Sotionem personatum facile intellegitur. vel inferioris aetatis Graecitatem nonnulla redolent, sicut: comparativus pro superlativo (προσηνεστέρα); ἄλογα vox Byzantinorum et recentiorum Graecorum sermoni similis; Ἄουερνος, cuius formae simillima legitur apud Cassium Dionem; καταπίνω, quod modo simillimo adhibuit Daniel Ephesius; Κοῦμαι, quae forma praeterea apud Ptolemaeum demum et Herm. Pal. legitur; κρυφίως sine genetivo; λούομαι ἐξ, quod praeterea non exstare videtur nisi apud Himerium; denique φρεάτιον, quod Moeris, Photius, Suidas incertum, quorum auctorum sermoni debitum commemorant.

contra nonnulla simillima sunt sermonis LXX interpretum et Novi Testamenti sicut προσηνέστερος superlativi loco; ἐφ' ὅσον; αἰφνιδίως; γέμω; γεύομαι ἀπό; καταπίνω cum βυθός iunctum, λιπαίνω; λούομαι c. dat. et λούομαι ἐν; μεθύσκομαι ἀπό; παραγίνομαι ἐπί c. acc.; συντρίβω; σύστημα; χρίω ἐξ, quamquam alia a Veteris et Novi Testamenti sermone aliena esse videntur.

deinde saepe notavi cum payrorum et communi dialecto Florentini auctoris sermonem artius cohaerere, cum et verba a Polybio,

Strabone, Diodoro, Dionysio Halicarnassensi, aliis adhibita multa occurrant et grammaticae ratio dialectum communem redoleat. quae omnia repetere inutile videtur; magis autem memorabilia sunt haec:

optativus nusquam adhibitus; geminatio simplicium consonantium (λάκος, λάκκος), quae in papyris saepissime occurrit; adverbium ad finem sententiae appositum; ἕνεκεν; ἀναζάω; ἀναρριπτέω; ἐμβρέχω; ἐρέα; θερμὸν ὑπάρχειν pro θερμαίνειν; καταστέφω; κατάφυτος; κιρνάω; μέλλω c. inf. praes.; ὀσμή; συμφωνία = *Konzert*; ὑπάρχω = *sum*; ὑπερεκχέω; ὑπόκειμαι; φρύγανον; λούομαι c. dat. et λούομαι ἐν, quae e poëtarum sermone in communem dialectum pervenisse videntur, sicut ὄψον = *pisces*.

et quamquam nonnullis verbis cum Atticistarum sermone Florentini consentit (cf. exempli causa: δένδρεσι; ἄβροχος; ἐμπρόσθιος; μακρόθεν; περίμετρον), tamen nusquam formarum Atticarum nimium studium apparet immo leguntur σσ pro ττ (praeter παραλλάττειν, quod fonti deberi veri simillimum est), imprimis autem praepositiones secundum rationem dialecti communis perscriptae esse videntur et sermonis Ionici, quod Herodoto interdum similia scribente intellegitur.

cum medicorum sermone nonnulla cohaerere (βραχέντα et alia, quae apud Dioscuridem leguntur) non mirabitur, qui perlegerit capita 1. 6. 12. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 40.

deinde rarae voces nonnullae occurrunt: παρά c. dat. nom. terrae sicut *apud* Latinum; γεύομαι ἀπό; ἐμπρόσθιος; ἐπιχαράσσω de inscriptionibus; κρηνίδιον; λούομαι ἐξ; μεθύσκομαι ἀπό; μεσονύκτου (ἅπαξ λεγόμενον); πίνω ἐξ de potu ex aquis naturalibus; χρίω et βρέχω ἐξ; ψυχρότης sententia propria adhibitum. quae voces rarae Atticum sermonem non redolent, vel abhorrent κρηνίδιον deminutivum pro κρήνη, ἐξ et ἀπό apud genetivum partitivum a ratione Attica.

denique secundum linguam Latinam complura scripta sunt, quae enumeravi p. 134, imprimis Ἄουερνος, Κοῦμαι; ἀγρός, λάκκος. quae et ipsa ab Atticistarum severiorum praeceptis abhorrent et minus eruditum fuisse auctorem Florentinum docent.

postremo, ubi conferre licet mirabilium auscultationum librum cum opusculo Florentino, magis vulgaria apud Florentinum, apud Aristotelem personatum elegantiora legi demonstravi. sunt autem cum alia tum haec: Θεσσαλία PF. 9 — Θετταλία MA. 117; Ἄουερνος et Κοῦμαι PF. 28 — Ἄορνος et Κύμη MA. 102; ἀναζάω et ἐμβρέχω PF. 6 — ἀναβιόω et ἀποβάπτω MA. 29; ἐπῆλθον PF. 7 — συναπαντάω MA. 56; θεραπεύω PF. 9 — ὑγιεινὸν ποιεῖν MA. 117; ἀποκαθίσταμαι PF. 9 — συμφύω MA. 117; σύστημα PF. 6 — συστρεμμάτιον MA. 29.

E quibus omnibus apparet auctorem Florentinum neque Atticistis neque auctoribus inferioris aetatis esse adnumerandum. nam cum eius sermo communi dialecto simillimus sit et ab Antigoni atque Aristotelis personati sermone elegantiore alienus, quamquam Antigonum et Aristotelis personati auctorem Florentinus adhibuisse videtur (v. infra et p. 159), quae elegantiora non sunt ad auctores referenda, quae autem dialecti communis sunt ab Isigono vel ipso Sotione personato scripta esse videntur, quae autem inferioris aetatis Graecitatis esse videntur, ea iam Florentini auctoris temporibus linguae Graecae, scilicet vulgaris, propria fuisse discimus. quae cum ita sint, paradoxographum Florentinum dialecto communi usum ante Atticistarum severiorum tempora, id est ante saec. p. Chr. n. II, fuisse apparet.

II.

Quomodo Sotio personatus cum auctoribus inter rerum mirabilium scriptores praestantibus cohaerere videatur, paucis disseritur.

A. Auctores Graeci aetatis prioris.

1. **Antigonum** [1]) de rebus in capitibus 3. 4. 8—11. 15. 17—20. 22. 28—30. 33 enarratis commemorasse dixi [2]); sed commentario demonstrare conatus sum sola capita 11. 17. 18. 19 (20) artius cum eo cohaerere [3]). Sotionem ergo haec alii debere auctori censendum est quam illa? cum non solum 8 et 9 sed etiam 11 Isigono debita sint, et haec et illa ab eo Sotioni personato tradita esse puto. sed utrum caput 20 Antigono debeatur annon, valde dubium est; certe, si Antigonus in eo capite conscribendo adhibitus est, sicut in capite 17 conscribendo alius quoque adhibitus est auctor [4]).

C a l l i m a c h o autem, non Antigono, deberi capita 11. 17. 18. 19 ut putemus, nulla re adducimur.

2. **Aristotelem personatum** [5]) de rebus in capitibus 6—11. 15. 28—31 enarratis commemorasse notavi p. 39 sqq.

---

1) cf. Capelle 366. 2) v. p. 39 sqq.

3) p. 73 § 48, p. 84 § 75, p. 87 § 82, p. 88 § 85, p. 90.

4) v. p. 86 § 79. Landi autem (quaestt. 69 et Capelle 366) errare videntur, cum e Callimacho pendere Sotionem personatum statuat. alia enim ratione notavi explicandum esse, quod Sotio personatus de nonnullis mirabilibus plura rettulit quam Antigonus. 5) cf. Capelle 365/6, 12.

Sed capita 11 et 15 aliunde sumpta esse demonstravi [1]). capita autem 6—10 et 28—31 partim tota partim magna ex parte artissime cum mirabilibus auscultationibus cohaerere edocui. sed cum ex iis quae p. 148—150 de sermone libelli Florentini disserui, appareat, Sotionem personatum ante Aristotelem personatum scripsisse, Florentinus autem libellus mirabilium auscultationum fons esse non possit, communi auctore eos usos esse censendum est.

Capita 8. [2]) 28. [3]) 30 [4]) contaminata sunt. in capite 8 conscribendo Diodori auctor ignotus, cap. 28 auctor Romanus, quem Varronem esse puto, cap. 30 idem fortasse auctor, ex quo cap. 3 descriptum est, praeter illum auctorem communem adhibiti sunt.

Isigonum autem inter eum et Sotionem personatum intercessisse ex eo licet colligere, quod eius nomen capitibus 8 et 9 adiectum est, et haud scio an id ex eo quoque liceat concludere, quod Isigonus auctor capitis 27 est, quod certa ratione cum 28—31 coniunctum esse videtur, cum eo eiusdem Italiae aqua aliqua mirabilis descripta sit.

3. De **Paulo Silentiario,** quamquam inferioris aetatis auctore hoc quoque loco disserendum est, cum artius cum mirabilibus auscultationibus cohaereat.

Qui commemoravit res a Sotione personato capitibus 6. 7. (8.) 9. 12/24. 19. 27. 29. 30. 31 descriptas. quibus accedunt alii Pauli versus parum perspicui:

57/8 ἄλλη μέθην ποιεῖ δέ — ἄλλη δ' ἔλαιον βλύζει.

nam utrum Lyncestis [5]) versu 57 et Alexandri fons [6]) versu 58 significatus sit, cum de aliis quoque fontibus inebriantibus et oleum ferentibus traditum sit [7]), discerni nequit.

68/9 ἄσφαλτον ἄλλη γῇ δέ — πως ἐξάγει· τί τοῦτο;

quibus verbis num Susianae fons [8]) an lacus Asphaltites [9]) an alia aqua bituminosa intellegenda sit, dubium est.

73/74 ἄλλοι λέγουσιν ἄλλην — κρυπτοὺς δόλους ἐλέγχειν.

quibus verbis utrum Aethiopicus fons Ruber (PF. 17) an aliae eiusmodi aquae [10]) an ἐλέγχουσαι [11]) intellegendae sint, non apparet. cf. de Rheno PV. 18; Tzetz. hist. IV 339—342. Julian. or. 16 p. 383D. Nonn. Dion. XXIII 94—97. XLVI 54—60. Felix Dahn, Bausteine 2 (1880), 36.

---

1) v. p. 73 § 48, p. 81/2 § 67—70.
2) p. 69 § 36. 3) p. 98 § 112.
4) p. 105 § 127/8. 5) PF. 20.
6) PF. 5. 7) v. p. 91 § 92, p. 65 § 31.
8) PF. 40. 9) PF. 33. 10) v. p. 86 § 80.
11) cf. Hirzel, d. Eid. 23., das Wunder als Gottesurteil 198. 199, 2.

minime perspicui sunt hi versus:

83—86 ὄλβος δὲ πηγῆς ἐστι | ὁλκὴν δὲ τὴν βαρεῖαν
φύσιν κάτω τὴν κούφην | ἄνω φέρων ὡς ἄχνην.

haud scio an corrupta quaedam de fonte Indico (PF. 3) βαλλάδη vocato (an de Averno cf. PF. 28 vel Phinthia Siciliae PF. 30?) narratio hic adhibita sit.

quae utrum cum Sotione personato artius cohaereant annon, perspici non potest.

Et Paul. Sil. 157—160, si re vera Palicos significavit, tamen ab Isigoni descriptione maxime diversa tradidit. sed minus considerate Rohde nimio Isigoni studio captus, quae Achilles Tatius tradit cum P. Sil. 157—160 artissime cohaerentia, fortasse Isigoni esse posuit (Griech. Roman 482 a. 1 = ed. 2 p. 513: *eine lange aus Paradoxensammlungen, etwa der des Isigonus, zusammengekratzte Reihe von Erscheinungen an Quellen und Flüssen*, quamquam de quattuor tantum aquis mirabilibus commemoravit Achilles Tatius, a nullo auctore sub Isigoni nomine traditis [1]).

Plurima, quibus cum Sotione personato consentit Paulus Silentiarius, mirabilibus auscultationibus deberi videntur, sed de Clitorio fonte et Allifano puteo cum PF. 24 et 27 consentit tacente Aristotele personato [2]. sed quomodo haec cohaereant, cum obscura sint verba Pauli Silentiarii, discerni nequit [3]. quomodo autem PF. 19 cum P. Sil. 79—82 (de Ammonii fonte) cohaereat, perspici non potest.

Veri autem similius est Paulum Silentiarium non Sotione personato sed eius et Aristotelis personati auctore communi usum esse, quamquam Praechter ipsum Aristotelem personatum adhibitum esse contendit (p. 11/12) [4].

4. **Strabo** de aquis a Sotione personato descriptis nonnullis locis tradidit, quos textum conscribens annotavi [5].

Sed capitibus 5. 8. 37. 40. 43 nonnulla cum Strabonis verbis consentire commentario memoravi [6]. sed quomodo cohaereant, cum paucis tantum congruant, perspici non potest.

5. **Diodori** fonte Sotionis personati auctorem videri usum esse demonstravi in conscribendis capitibus his: PF. 8 = Diod. XI 89. PF. 17 = Diod. II 14, 4. PF. 33 = Diod. II 48, 6—9. XIX 98—100.

Sed cum Diodorus haec non omnia eidem auctori debere videa-

---

1) v. p. 18, 14. 2) quod neglexit K. Praechter, Byz. Zschr. XIII, 1904, 1—12.
3) cf. p. 78 § 57, p. 96/7 § 107.
4) Nam quibus codicum manu scriptorum varietatibus impediri putat, ne ad Aristotelis personati auctorem recurramus, eae tanti momenti esse non videntur.
5) v. p. 39 sqq.
6) v. p. 64 § 27, p. 70 § 38, p. 116 § 151, p. 119 sq., p. 124 § 167/8.

tur, quis Sotionis personati auctores fuerint, inde non licet colligere. Isigonum autem ea quoque Sotioni personato tradidisse videri commentario edocui [1]).

B. Auctores Romani.

1. **Vitruvius** cf. Oder 365, Capelle 365, 12.

Tradunt Vitruvius et Sotio personatus de iisdem rebus his:

PF. 2	—	Vitr. VIII 3, 14
15	—	15
20	—	17/8
23	—	8
24—26	—	21—23
33	—	8/9.

Sed Vitruvium VIII 3, 14 et 17/18 tam obscura tradidisse, ut nihil inde liceat colligere, commentario demonstravi [2]).

Vitr. VIII 3, 8/9 cum PF. 33 et Vitr. VIII 3, 8 cum PF. 23 non tam arte cohaerere, ut auctorem eundem adhibitum esse inde colligere liceat, commentario demonstravi [3]).

Sed artius PF. 15 cum Vitr. VIII 3, 15 cohaerere videtur, sed non ita, ut Isigonum auctorem communem fuisse liceat existimare [4]). nam PF. 24—26 = Vitr. VIII 3, 21—23 ad Isigonum referre non licet, cum Sotio personatus haec capita alii auctori debeat [5]).

Quem auctorem Vitruvius adhibuerit, incertum est, certe Sotionem personatum non adhibuit, quod censuisse Oderum valde miror (cf. Oder 365 et Thielii commentationem).

Fugit autem Roseum et Rohdeum et Ruschium parum cohaerere Vitruvium cum Sotione personato praeter capita 24—26; quae cum Isigono non debeantur, Vitruvio adhibito non potest demonstrari ab alio ullo auctore Isigonum esse inspectum.

2. **Ovidium** quoque nonnulla descripsisse, quae apud Sotionem personatum legimus, notum est. sunt autem hi loci:

PF. 11	—	Ov. met XV 311/2
17	—	319—324
19	—	308—310
20	—	329 sqq.
24	—	322—328.

1) p. 69 § 36, p. 86 § 78. cf. p. 109 § 139.
2) v. p. 60 § 18, p. 90 § 88. 3) v. p. 108/9 § 136, p. 93 § 100.
4) v. p. 82 § 69/70. 5) v. p. 78 § 58/9.

Sed cum Sotio personatus et Ovidius parum consentiant, diversos auctores eos adhibuisse apparet [1]). quo fit ut Vibii quoque et Lactantii personati rerum mirabilium descriptiones cum libello Florentino artius non cohaereant.

3. Quicumque adhuc memorati sunt, praeter Strabonem de mirabilibus iis solis rettulerunt, quae Sotio personatus capitibus 1—33 descripsit.

Seneca autem etiam cum ceteris cohaerentia refert:

Sen. n. q. III 20, 5	—	PF. 17
5/6	—	20
25, 5	—	30/3
8/9	—	37/8
7	—	39.

qui paene eodem ordine mirabilia conscripsit quo Sotio personatus, sed quae interposita sunt, maxime differunt.

20, 5 et 5/6 praeter Ovidii versus Seneca nihil attulit, unde cognoscatur, quibus auctoribus usus sit [2]).

25, 5 coniunguntur Siciliae lacus lavantes eiciens et lacus Asphaltites, cum nihil in iis submergatur. Sotionem apparet personatum ab hac ratione alienum esse [3]). sed ne Senecam et Sotionem personatum eodem auctore usum esse putemus, eo quoque impedimur, quod verbis minime consentiunt [4]). sed de insulis in lacubus natantibus simillima referunt [5]). et cum Seneca haec alii atque cetera videatur debere auctori, Sotionis personati auctorem eodem usum esse a veri simili non abhorret. Varro igitur Senecae auctor Isigono haec obtulisse videtur.

4. **Plinius** nonnullis libris de rebus a Sotione personato descriptis commemoravit.

Plin. n. h. XXXI	—	PF.	
27	—	8	ex Aristotelis personati auctore
17	—	9	
14	—	10	
27	—	15	Vitruvius similia tradit.
9	—	17	ex Antigono.
18	—	19	
16	—	20	„?

1) v. p. 74 § 50, p. 86 § 78, p. 87/8 § 83, p. 90 § 90, p. 76 § 54.
2) v. p. 17 IV. 3) v. p. 84 § 74, p. 89 § 87.
4) cf. p. 102 § 120.
5) p. 105 § 126. 6) p. 114 § 146, p. 118 § 155.

17	—	23
16	—	24
15	—	25
21	—	28.

(praeterea Plin. n. h. XXXI 61. 10, 59. 25 de rebus a Sotione personato capitibus 31. 37. 43 commemoratis alia ratione disputavit)[1].

Quorum pauca tantum artius inter se cohaerent. demonstravi commentario ad communem fontem haec referre non licere[2], cum etiam quae artius cohaereant — Plin. XXXI 17 et 27 cum PF. 23 et 15 — diversis auctoribus deberi appareat[3]).

Sed hoc quoque libro, quae apud Plinium leguntur, cum capitibus 1—30 solis cohaerent, quae autem in libro II Plinii leguntur, magna ex parte cum capitibus 33—42 cohaerent:

Plin. n. h. II 228	—	PF. 11
(237. 240)		
230	—	13
228	—	19
230	—	20
(227	—	31 de Apono)
226	—	33
209	—	37/8/9
235	—	40
209	—	41.

Horum quoque artius cum Plinio cohaerent pauca. nam de rebus capitibus 11—33 descriptis diversa tradit vel verba diversa adhibens Plinius: communem auctorem non adhibitum esse apparet[4]. at PF. 40 Plinii II 235 similius est[5]), etiamsi non Isigono sed Posidonio auctori communi haec videntur deberi.

Contra PF. 37/38/39 et Plin. II 209 artissime cohaerere apparet communi auctori debita Romano[6]. sed quomodo PF. 43 cum Plin. II 209 cohaereat, minime perspicuum est[7]).

Manifestum ergo est Plinium, quamquam de multis rebus tradidit a Sotione personato descriptis, tamen plerumque alio auctore usum esse; auctorem autem pauca illa re vera communia praebentem

1) v. p. 107 § 132, p. 117 § 153, p. 120/1 § 161.

2) v. p. 70 § 38, p. 71 § 41, p. 72 § 45, p. 86 § 79, p. 87/8 § 83 et p. 88 § 85, p. 90 § 90, p. 76/77 § 54/55, p. 94 § 103. — Plin. n. h. XXXI 21 et PF. 28 ad Varronem referenda esse: p. 97 sqq. § 108 sqq.

3) p. 93 § 98/9, p. 82 § 69.

4) p. 74 § 49, p. 80 § 63, p. 87/88 § 83, p. 90 § 90, p. 43.

5) p. 124 § 168. 6) p. 112 sqq. 7) v. p. 121.

non Isigonum sed Romanum aliquem fuisse capitum eorum auctorem, de quibus Rose et Rohde verba non fecerunt.

Confirmatur autem haec sententia ceteris Plinii testimoniis:

PF. 4 — Plin. XII 11 (Isigonus in indice auctorum l. XII laudatus est).
11 — XXIV 41. XXXV 178.
29 — XXXV 179.
33 — XXXV 178. V 71/2. VII 65.
36 — III 59. VIII 104.
37 — III 109.
40 — XXXV 178/9.

Quae Plinius libro tricesimo quinto rettulit, parum cum Sotione personato cohaerent[1]) et Plin. XII 11 aliam rem describendi rationem secutus est[2]) atque Sotio personatus, sicut differunt Plin. XXIV 41 a PF. 11[3]), Plin. V 71/2 et VII 65 a PF. 33[4]).

Artius autem cohaerent III 59 et VIII 104 cum PF. 36[5]), quod caput Varroni Plinii auctori deberi inde conicere videtur licere.

Denique quae Plin. III 109 Varronem secutus narrat, ex iis eidem sua debere Sotionem personatum concluditur (PF. 37)[6]).

Sed Plinius aquarum mirabilia Isigono omnino non videtur debere. ipsum eum Isigoni incredibilia legisse iure nemo contendit, Varronem autem putaverunt[7]) inter Plinium et Isigonum intercedentem non solum, quae alia apud Plinium leguntur Isigoni nomine adiecto, Plinio praebuisse sed etiam aquarum mirabilia (cf. Rohde 32). sed qua de causa Isigonum ut gentium mirabilium auctorem laudavit, aquarum tacuit, quamvis multa auctorum nomina attulerit? apparet Isigono eum aquarum mirabilia non debere diversa ratione ea describentem, cum verbis non consentiat Plinius cum Isigoni verbis a Sotione personato translatis et cum Isigoni nomen neque in textu neque in indice librorum II et XXXI occurrat. Sed ne cum Landio (quaestt. II) quidem plane consentio mirabilia l. XXXI relata ad Callimachum (p. 75/6), l. II ad Papirium Fabianum referente, quamquam Capelle ea probavit. sane libri XXXI multa cum Callimacho artius cohaerere non nego, sed omnia ei deberi abnuo. de Papirio autem Fabiano v. p. 116 a. 1.

5. Quae apud Hrabanum Maurum in libris de universo con-

---

1) v. p. 74 § 49, p. 102/3 § 120—124, p. 109 § 138, p. 124 § 168.
2) v. p. 63 § 24.
3) p. 174 § 149.
4) p. 109 § 138.
5) v. p. 111/2 § 143/4.
6) v. p. 112 sqq.
7) cf. p. 23/24.

scriptis XXII leguntur aquarum mirabilia [1]), omnia **Isidoro** debentur, originum libris XX (praecipue XIII 13) aquarum mirabilia commemorante multa [2]). quae non plane perspexisse videtur Hofmann, qui saepe Hrabanum Maurum laudavit.

Isidorus autem Plinio, Solino, Melae debere videtur, quae praebet aquarum mirabilia [3]), cum Sotione personato artius non cohaeret.

Solinus autem 30, 11 et **Mela** III 88 de Lipari Aethiopum fonte nonnulla tradiderunt Herodoto quidem debita sed auctorem secuti copiosius fontem illum describentem atque Sotionis personati auctor de eo commemorasse videtur [4]).

Quae autem apud Sol. 5, 22 de Siciliae fonte pingui leguntur, a Sotione personato aliena sunt [5]).

Inde Melam et Solinum permulta aquarum mirabilia narrantes aliis usos esse auctoribus cognoscitur atque auctorem Florentinum.

C. Auctores Graeci aetatis inferioris.

1. **Athenaeum** Isigono permulta debere contendit Rusch. sed quattuor tantum descripsit mirabilia aquarum, de quibus Sotio quoque personatus commemoravit his:

PF. 5 —	Ath.	II 17, 42 f.
29 —		II 17, 42 e.
20 —		II 18, 43 d (e Theopompo).
12 —		II 19, 43 f (e Phylarcho).

Clitorium fontem Isigonus (ap. Sot. pers. 12) descripsisse videtur Phylarchum secutus [6]), tamen Isigoni nomen apud Sotionem personatum legimus. quae autem praeterea Sotio personatus tradit ab Athenaeo quoque memorata, iis Isigoni nomen non adiecit.

Quorum PF. 5 — Ath. II 17, 42 f. diversis auctoribus deberi manifestum est [7]), sicut PF. 29 auctori Aristotelis personati debetur, Athenaeus autem auctorem secutus esse videtur Lyci Rhegini verba alia ratione decerpentem [8]). quo denique modo Ath. II 18 cum PF. 20 cohaereat, perspici non posse supra edocui [9]).

Eundem ergo auctorem uterque non adhibuit, multa praeterea mirabilia aquarum describens. si autem Athenaei de Clitorio fonte narratio Isigono debetur, ceteras Athenaei descriptiones aliunde haustas esse multo accuratius perspicitur.

---

1) p. 16 a. 8. cf. p. 39 sqq. 2) p. 16 a. 8. cf. p. 39 sqq.
3) cf. Solin. ed. Mommsen, praef. et indices; Hans Philipp, Die hist.-geogr. Quellen i. d. etymologiae d. Isidorus v. Sevilla I. II. QF. 25/26. 1912/3.
4) v. p. 93 § 98. 5) v. p. 102 § 120. 6) p. 76 § 53.
7) p. 65 § 29/30. 8) p. 101/2 § 119. 9) p. 90 § 89.

Recte ergo Oder 306, 102 Ruschii sententiam refutavit. quid autem de Athenaeo cogitandum sit, explicavit Wellmann [1]), quem secutus est Landi (p. 71).

Plinium autem et Vitruvium cum Athenaeo artius cohaerere non nego, immo tres eos auctores e fonte hausisse a Sotionis personati fonte diverso apparere puto.

2. Rerum mirabilium scriptor **Vaticanus** ab Ervino Rohde repertus pauca narrat de Sotionis personati mirabilibus his:

PF. 3	—	PV. 35
15	—	39
20	—	13. 23
22	—	14
25	—	34.

PV. 14 certo Antigono debetur [2]), PV. 13 Antigono deberi maxime veri simile est [3]) Florentino alium auctorem sequente, deinde PV. 34 ex PF. 25 et PV. 39 ex PF. 15 sumpta esse veri simillimum est [4]), PV. 23 autem haud scio an e PF. 20 deprom̄ptum sit [5]). denique capite 35 a PF. 3 plane diversa tradita sunt [6]).

Isigonum esse utriusque auctorem ex his paucis testimoniis demonstrari non posse apparet. immo contrarium aliquid inde concludendum esse videtur.

Nam capitibus 13. 14. 35 a Sotione personato auctor Vaticanus adeo dissentit, ut communem auctorem eos non adhibuisse appareat. contra ut PV. 23. 34. 39 e Sotionis personati fonte hausta esse putemus, nulla re cogimur, cum e PF. 20. 25. 15 haec hausta esse videantur.

Sed etiam si communi fonti eos debere tria haec mirabilia censeremus, Isigonea ea esse inde non appareret, cum PF. 25 Isigono deberi non videatur, unde PF. 15 et 20 hausta sint, non perspiciatur, de Vaticanorum autem capitum origine nihil constet. certo autem erravit Rohde existimans Florentini libelli capitibus 3. 15. 20. 22. 25 Vaticanum ex Isigono haustum esse demonstrari. qui p. 31 argumenta infirma et invalida attulit, quibus contraria demonstrantur eorum, quae ipse voluit docere [7]).

Et cum Plinii [8]) quoque et Vitruvii [9]) narrationes Isigono deberi non videantur, quae auctor Vaticanus de mirabilibus ab iis narratis tradit, aliunde deprompta esse videntur [10]).

1) Hermes 35, 1900, 349 sqq. 356.
2) p. 91 § 95. 3) p. 90 § 89, p. 91 § 95.
4) p. 94/95 § 104, p. 82 § 68. 5) p. 90/91 § 91. 6) p. 62 § 22.
7) cf. p. 82 § 68. 8) p. 154 sqq. 9) p. 153.
10) de quibus nuper disputavit Landi, quaestt. 70 Reimannum (Phil. 54, 1895, 698 sqq. [non Riemann, Phil. 44, quod scribunt Landi-Capelle]) secutus.

III.
De libelli Florentini origine.

A. De auctoribus iis, quibus praecipue usos esse censeo mirabilium scriptores eos, quos auctor Florentinus ipse adhibuisse videtur.

1. **‚Aristoteles'.** cf. II A 2 p. 150/1.
Mirabilium auscultationum capita
29. 56/7. 117. 125. — 102. 113/2. 81.
magnam partem eidem auctori deberi videntur cui libelli Florentini:
6. 7. 8. 9. 10. — (28). 29. (30). 31.

Isigonus inter eum auctorem et libellum Florentinum videtur intercessisse, nomine laudatus cap. 8. 9; Aristotelis autem nomen laudatur cap. 7. 10. 29. 30. qui utrum germanus an personatus intellegendus sit, in medio derelinquo, quamquam auctorem illum fuisse Aristotelem ipsum non credo.

2. **Antigonus Carystius.** cf. II A 1 p. 150.
ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγῆς capita Callimacho debita
148. 145. 149. 144.
adhibita esse videntur in libelli Florentini capitibus conscribendis
11. 17. 18. 19.
intercedente Isigono, cap. 11 laudato.

3. **Varro.** cf. p. 156.
Varronem ab Isigono adhibitum esse puto, quamquam, qui adhuc de his rebus disputaverunt, Isigonum Varronis auctorem fuisse censuerunt [1]).

Scripsit enim Rose (Anecd. 20) ‚*Isigonos . . . eines Schriftstellers aus dem Anfang des 1. Jahrhunderts v. Chr. Seine Sammlungen finden sich durch Varro vermittelt bei Plin. n. h. l. XXXI, Sen. III 25 und Vitruv. VIII 3, der den Varro überall abschreibt*'.

Sed quando Isigonus floruerit, nemo auctorum antiquorum tradidit. quo fit, ut ex iis locis, ubi laudatus est Isigonus, quando fuerit, eruendum sit [2]). Plinius indici librorum XII et XIII eius nomen inseruit, sed quae eo auctore tradiderit, in textu non notavit.

Restat [3]), ut examinemus Plin. n. h. VII 12. 16. 27 [4]). quibus locis de gentium quibusdam mirabilibus Isigonum rettulisse comme-

---

sed qui re vera fontes libelli Vaticani fuerint, non aperuerunt.

1) praeter Landium, quaestt. 70/1. 2) cf. Landi, quaestt. 71.

3) nam ne Tzetzae quidem e testimoniis (Harder 55), quando fuerit Isigonus, cognoscitur. 4) cf. p. 156. 162.

morat Plinius. sed quis inter Plinium et Isigonum intercesserit, ex his locis non cognoscitur, Varronem autem inter Plinium et Isigonum intercessisse demonstrari non potest, cum post Isigonum priorem memoratum laudatus sit sicut alius rei testis.

Altero autem libro et tricesimo primo Plinium Isigoni mentionem nullam fecisse iam demonstravi [1]). quibus autem rebus consentiunt Plinius et Sotio personatus, eas Plinius Varroni videtur debere. at his locis [2]) Sotionem personatum auctorem Latina lingua usum adhibuisse apparet. et si Varronem haec quoque Isigono debere censeremus, ita rem se habuisse putandum esset:



Quod a vero maxime abhorrere manifestum est. et qua de causa Plinius Isigonum libris VII. XII. XIII laudatum tacuit, etsi libro altero eum adhibuit?

Cuius rei ratio reperiri nequit. oportet ergo concludere Varronem et Plinium Isigono non esse usum in aquarum mirabilibus conscribendis.

Sed cum Varronem eorum mirabilium auctorem fuisse sciamus, Isigonum quoque eo usum esse verisimile est.

Florentini autem libelli capita auctori Romano deberi videntur haec:

13. 14. 27. 28. 36.-37/8. 41.

Varronem autem similia monstravi narrasse eorum, quae capitibus 28. 36. 37 narrata sunt. quae ex eo sumpta esse videri supra demonstravi [3]). 13 autem, ubi de agro Reatino agitur Varroni deberi veri simillimum est [4]). qua de causa 14. 27. 41 auctori Romano debita eidem deberi videntur. Isigonum autem capita 13. 14. 27. 36 sibi praebuisse testatur Sotio personatus. unde colligo I s i g o n u m i n t e r V a r r o n e m e t S o t i o n e m p e r s o n a t u m i n t e r c e s s i s s e.

Unde apparet, cur perraro Plinius eum adhibuerit. cum enim paulo ante Plinium aut eodem tempore scripsisse videatur [5]), mirum non est Plinii aquarum mirabilia iam conscripta fuisse, cum Isigoni incredibilium libri in lucem prodirent. itaque pauca tantum libris

---

1) p. 156. 2) cf. p. 155/156.
3) cf. p. 97—99 § 108—114, p. 112 § 144, p. 112 sqq.
4) v. p. 80 § 64. 5) v. p. 150.

historiarum naturalium eum inseruisse aquarum autem nulla, mirum non est.

Quae veri similia esse ex eo quoque conclusi, quod neque Rose neque Rohde neque Rusch de his capitibus verba fecerunt praeter Ruschium, cuius sententiae Theophrasti memoria apud Senecam (de Lydorum insulis) servata non quadraret [1]) — nam haec quoque narratio [2]) etsi parte tantum ex aliqua Varroni deberi videtur.

4. **Posidonium** autem in capite 40 adhibitum esse, Isigono et fortasse alio auctore intercedente, supra demonstravi [3]). sed utrum etiam Strabonis auctor Posidonius fuerit, cum quo PF. 37 et 39 paucis congruunt [4]), incertum videtur: certi nihil inde licet colligere.

et quis auctor inter Posidonium et Isigonum intercesserit, erui non posse videtur; qua de causa, utrum ceterorum Isigoni auctorum alius et ille idem sit, discerni non potest.

Sunt autem praeterea adhibiti hi:

5. A u c t o r s. a u c t o r e s **D i o d o r i**. cf. p. 152/153.

Unde hausta sunt 8 fin. 17 fin. 33.

Quae utrum omnia Isigono debeantur an alius inter hos auctores et Sotionem personatum intercesserit, incertum est.

6. **Capita 1—5. 12. 15. 16. 20. 21. 22. 23. 32—35. 42. 43** unde hausta sint, non perspexi. Isigono deberi 1. 2. 12. 21 testatur Sotio personatus. sed quis haec ei obtulerit, adhuc incertum est. et quamquam fortasse de Sotione vel alio rerum mirabilium aetatis prioris scriptore cogitare licet, certa afferri non possunt. sed haud scio an capita brevissima 1—5. 12. (15.) 16. 22. 23. 32. 34. 35 ad unum auctorem referre liceat. quae descripta sunt capitibus 16. 21. (Isig.) 34. 35. 41 a nullo alio auctore servato narrantur, auctorem ergo apparet fuisse satis obscurum.

Sed etiam num haec omnia Isigono debeat Sotio personatus, perspici nequit.

7. Postremo, quis auctori Florentino capita 24—26 obtulerit, cum Vitruvius solus plane eodem modo haec narraverit, perspici adhuc non potest. nam quis Vitruvii auctor Graecus fuerit (unde nomina auctorum VIII 3, 27 enumerata eum hausisse veri simillimum est), nemo adhuc perspexit et haud scio an, qui Vitruvii de aquis mirabilibus narrationes denuo perscrutaverit, nova allaturus sit.

1) v. p. 118 § 155. 2) PF. 39.
3) v. p. 124 § 167/8.
4) v. p. 116 § 151, p. 120 § 160.

B. De auctoribus iis, quibus Sotio personatus usus esse videtur.

1. **Isigonum**[1]) solum eo modo laudat Sotio personatus, ut ipsum eo usum esse cognoscatur. capitibus 1. 8. 43 Isigoni incredibilium librum alterum laudat, cap. 9. 11. 21. 27. 36. 40 Isigonum libri numero omisso, 2. 12. 13. 14 significatur tantum.

Alia autem Isigoni aquarum mirabilia veteres novisse cognoscitur ex scholio Lycophr. Alex. 1021 a Westermanno sicut cap. 44 ascripto, quo Isigonum, Agathosthenem, Sotionem, Euripidem de Crathi mentionem fecisse traditur. sed num liceat putare Tzetzem Agathosthene, Agathosthenem Isigono, Isigonum Sotione, Sotionem Euripide usum esse parum constat.

Praeterea Westermann p. 163 duo fragmenta Graeca attulit, quorum de altero (5) disputavi p. 60/1. § 19.

Denique tria a Plinio (n. h. VII 12. 16. 27) servata sunt fragmenta de gentibus, quae cum Nicolai Damasceni (Westerm. p. 166 sqq.) et cum auctoris Vaticani de iisdem rebus narrationibus tam paucis consentiunt, ut Isigono eos esse usos non liceat existimare. Nicolaus autem et Vaticanus in iisdem rebus tradendis modo hic modo ille gentes copiosius describunt, verbis maxime consentientes, unde apparet auctore eos usos esse de gentium mirabilibus tradente communi, qui non fuit Isigonus.

De tempore ergo, quo fuit Isigonus, ne inde quidem certi aliquid erui potest.

Debentur autem Isigono praeter supra memorata capita Florentina[2]) 6. 7. 10. 17—19. 28—31. 37—39. 41.

2. **Capita 3. 4. 5. 15. 16. 20. 22. 23. 32. 33. 34. 35. 42.** utrum Isigonus an alius auctor Sotioni personato obtulerit, discerni non posse edocui p. 161.

3. **Capita 24—26** Isigoni non esse, demonstravi p. 78. sed quis ea Sotioni personato obtulerit, parum perspicuum est.

C. Quo tempore librum Florentinum conscriptum esse putandum sit.

Cum Isigonum paulo ante Plinium scripsisse verisimile sit, Sotio personatus non prius quam circa octogesimum p. Chr. annum scripsisse videtur. et qui alii eius auctores fuisse videntur, eos ante eum annum floruisse veri simile est, sed demonstrari hoc non potest.

1) cf. Capelle 366, 12.
2) v. supra et p. 159—161.

Sed ad auctores spectantes nulla re adducimur, ut multo post eum annum Sotionem personatum scripsisse putemus. e sermone autem cognosci videtur non post annum p. Chr. n. centesimum floruisse Sotionem personatum [1]).

Itaque inter octogesimum p. Chr. n. annum et centesimum libellus Florentinus conscriptus esse videtur.

D. Quis libelli Florentini auctor fuerit, paucis disseritur.

1. Stephanum aliosque **Sotioni** libellum Florentinum ascripsisse monui [2]).

Sed a vero maxime haec abhorret sententia. nam Sotio, philosophus peripaticus, altero a. Chr. n. saeculo floruit (Christ-Schmid [5] II 63). Sotionem autem Alexandrinum mirabilia enarrasse nemo tradidit (Christ-Schmid [5]II 288).

Et num nonnulla libelli Florentini capita ei debeantur, parum certum est. nam quae (aquarum) mirabilia sub eius nomine circumferuntur, de iis mentionem non fecit auctor Florentinus.

Repperi autem ad aquas mirabiles pertinens solum fragmentum id quod Westermann p. 191 imprimendum curavit, scholiis Lycophronis Alexandrae (1021) adiectis servatum [3]).

2. **Rhegini** autem Polymnemonis partem fuisse libellum Florentinum, existimavit Rose (Anecd. 11/12). sed minime verisimile hoc esse, disserui commentario capiti 2 adiecto [4]). et cum Harder (55) demonstraverit, quis Rheginus fuerit quoque tempore floruerit, ignotum esse, Roseum errasse vel argumento certe carentia dixisse puto.

3. Quis autem fuerit auctor libelli Florentini, cum eius temporis scriptor rerum mirabilium non notus sit, indicare non possum. Sotionis ergo personati nomine vel potius auctoris incerti sive **Paradoxographi Florentini** appellandus est.

1) v. p. 150. 2) v. p. 22.
3) v. p. 162 B 1. 4) v. p. 61 § 19.

Conclusio.

Parvo cum numero multorum eorum auctorum, quos in praefatione enumeravi, cohaerere Sotionem personatum apparet; et maxime dignum memoratu est, quod de lacubus, urbibus in lacus demersis, Lydorum religione et cultu res a Graecis aliis vel etiam a Romanis non tractatas rettulit. qua de causa minime inutilis est hic libellus, quamquam nugas nonnullas eo contineri non nego.

Accuratius autem de hoc libello eum acturum esse puto, qui omnia non solum aquarum sed etiam plantarum lapidum hominum gentium ferarum, vel rei rusticae et philosophiae et religionum atque cultuum mirabilia collegerit et in genera digesta explicaverit et, quomodo omnium auctores inter se cohaereant, enarraverit.

Indices.

I.

Index verborum et nominum ab auctore Florentino adhibitorum.

II.

Index verborum eorum, de quibus in commentario et appendicibus disputatum est.

Numeri sunt paginarum.

Latine.

Hebraice.

III.

Index geographicus.

Numeri sunt paginarum et annotationum.
de nominibus ab auctore Florentino memoratis v. ind. I.
litteris crassioribus notavi, de quorum locorum mirabilibus copiosius disputatum est. Nomina appendice II obvenientia ea quae ad mirabilia non pertinent, non enumeravi.

IV.

Index rerum mirabilium.

Compositus est non secundum litterarum sed rerum ordinem. e textu, cum sequatur commentarius, nihil notavi. numeri sunt paginarum et annotationum.

V.

Index auctorum et locorum.

Numeri sunt paginarum et annotationum. de nominibus auctorum ab auctore Florentino memoratis v. ind. I. loci, quos p. 3 sqq. annotationibus enumeravi, non denuo enumerati sunt, ii autem, quos in appendice I adhibui, omissi sunt. litteris inclinatis notavi, ubi accuratiora leguntur, crassioribus, ubi copiosius de auctoribus vel locis disputatum est.

Auctores recentiores.

Index librorum saepius laudatorum.

Antiquorum auctorum editiones.

Dittmeyer — Aristotelis de animalibus historia, textum rec. Leonardus Dittmeyer 1907. Lps.

Callimachea ed. Schneider I. II. 1870—1873.

FCG. (M.) — Comicorum Graecorum Fragmenta ed. Meineke 1839-1857 (vol. V Com. dict. idx.).

G.GM. — Geographi Graeci minores recogn. C. Müllerus I. II. 1855-1861.

GLM. — Geographi Latini minores rec. A. Riese (145-154 Vib. Seq.) 1878.

FHG. — Fragmenta Historicorum Graecorum I—V Paris. 1841—1870.

Medicorum Graecorum opera omnia, graece et latine ed. C. G. Kühn I—XXVIII. 1821—1830.

Παραδοξογράφοι ed. Westermann v. p. 33.

Hitzig-Blümner — Pausanias, Graeciae descriptio ed. Hitzig et Blümner, 1—6. 1896-1910.

C. Plini Secundi naturalis historiae libri XXXVII post Lud. Jani obitum ed. C. Mayhoff. 1897—1906. (vol. II. it. ed. M. 1909).

Rerum naturalium scriptores Graeci minores rec. Otto Keller I 1877.

SRA. — Scriptores Rerum Alexandri Magni coll. C. Müllerus ad calcem Arriani. Paris. 1877.

C. Iulii Solini collectanea rerum memorabilium it. rec. Th. Mommsen 1895.

Diels, Vors. — Die Fragmente der Vorsokratiker, griechisch und deutsch von Hermann Diels. 2. A. 1906—1910. 3. A. 1912.

Recentiorum auctorum libri.

Kretschmer — Geographische Abhandlungen hsgg. v. Albr. Penck IV 1. Konrad Kretschmer, Die physische Erdkunde im christl. Mittelalter 1889.

Landi — Atti e memorie della R. Accademia di scienze lettere ed arti in Padova. anno CCCLXX 1910/11. n. s. vol. XXVII. Padova 1911. p. 61—87 Carolus Landi, quaestiones doxographicae et paradoxographicae ad Lucretium et Ovidium praecipue spectantes II.

Hofmann — Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, phil.-hist. Kl. 163, 2 (1909). 164, 2 (1910). 165, 3 (1910). Karl B. Hofmann, Kenntnisse der klassischen Völker von den physikalischen Eigenschaften des Wassers I/II. III. IV.

Helbing — Beiträge zur historischen Syntax der griechischen Sprache hsgg. v. M. Schanz 16. Helbing, die Präpositionen bei Herodot und andern Historikern. 1904.

Hugo Berger, Geschichte der wissenschaftlichen Erdkunde der Griechen. 2. A. 1903. Berger

B. Brüne, Flavius Josephus und seine Schriften in ihrem Verhältnis zum Judentume, zur griechisch-römischen Welt und zum Christentume. 1913. Brüne.

Ernst Curtius, Gesammelte Abhandlungen I, 117—147 Die städtischen Wasserbauten der Hellenen. 401—408 Die Quellen der Akropolis. 492—515 Flußnamen.

Heinrich Ebeling, Griechisch-Deutsches Wörterbuch zum Neuen Testamente 1913. Ebeling

Paul Günther, de ea, quae inter Timaeum et Lycophronem intercedat ratione. Diss. Lps. 1889. Günther

Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft
II, 1. Griech. Grammatik v. Brugmann[4], bearb. v. Thumb. 1913. Brugmann-Thumb
VII Wilhelm von Christs Geschichte der griechischen Literatur 5. 6. A. v. Wilhelm Schmid. 1911. 1913. Christ-Schmid

Christian Harder, de Ioannis Tzetzae historiarum fontibus quaestiones selectae. Diss. 1886. Harder

Hatch and Redpath, A concordance to the Septuagint c. Suppl. I. II. 1897. HR.

Hermes, Zeitschrift für classische Philologie 26 (1891) 481—566 Wellmann, Alexander von Myndos. 35 (1900) 349—367 Wellmann, Zur Geschichte der Medizin im Altertum V.

Rud. Hirzel, Der Eid. Ein Beitrag zu seiner Geschichte. 1902.

Neue Jahrbücher für das klassische Altertum vol. 97, 1868, 207—232 Schrader, über die Quellen der pseudoaristotelischen Schrift περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Schrader

Jahresbericht über die Fortschritte der klassischen Altertumswissenschaft. Jahresber.

Raphael Kühner, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache[3] 1. 2. 1890—1904. Kühner

Edwin Mayser, Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemäerzeit I 1906. Mayser I

Carl Müllenhoff, Deutsche Altertumskunde. I[2] 1890. Müllenhoff

F. Münzer, Beiträge zur Quellenkritik des Plinius. 1897. Münzer

C. Neumann und J. Partsch, Physikalische Geographie von Griechenland 1885. Neumann-Partsch

Heinrich Nissen, Italische Landeskunde I. II. 1883—1902. Nissen

W. Papes Wörterbuch der griechischen Eigennamen. 3. A. v. Benseler. I. II. 1875. Pape Egn.

Université de Paris, Bibliothèque de la faculté des lettres 19, Georges Lafaye, les métamorphoses d'Ovide. 1904.

Quellen und Forschungen zur alten Geschichte und Geographie: QF.
V Gustav Hölscher, Palästina in der persischen und hellenistischen Zeit. 1903.
VI Fritz Geyer, Topographie und Geschichte der Insel Euboia. 1. 1903.
XI Alfredus Klotz, quaestiones Plinianae geographicae. 1906.
XXV/XXVI Hans Philipp. Die histor.-geographischen Quellen in den etymologiae des Isidorus von Sevilla. 1. 2. 1913.

Paulys Realencyclopädie der class. Altertumswissenschaft, neue Bearbeitung, hsgg. von Wissowa 1894 sqq. PW

Rusch — Paulus Rusch, de Posidonio Lucreti Cari auctore in carmine de rerum natura VI. Diss. Gryph. 1872.

AP. — Valentini Rose Aristoteles pseudepigraphus. 1863.

Schmid, Att. — Wilhelm Schmid, Der Atticismus in seinen Hauptvertretern. I—IV. 1887—1897.

Schmidt, Syn. — J. H. H. Schmidt, Synonymik der griechischen Sprache. 1—4. 1876—1886.

Rohde — Acta societatis philologae Lipsiensis ed. Fr. Ritschelius I, 1871, p. 25—42 Isigoni Nicaeensis de rebus mirabilibus breviarium ed. Ervinus Rohde.

Sophocles — E. A. Sophocles, Greek lexicon of the Roman and Byzantine periods. 1888.

H. Spelthahn v. p. 20, 1.

Eduard Stemplinger, Das Plagiat in der griechischen Literatur. 1912.

Franz Susemihl, Geschichte der griechischen Literatur in der Alexandrinerzeit. I/II. 1891/2.

W. S. Teuffels Geschichte der römischen Literatur[6]. II 1910. III 1913.

Robert Unger, Thebana Paradoxa (I) 1839.

Ph. U. — Philologische Untersuchungen, hsgg. von Kießling und Wilamowitz.

Geffcken — XIII. Joh Geffcken, Timaios' Geographie des Westens. 1892.

Weisshäupl. — 50. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Graz 1909. Wiener Eranos p. 104—113 Rud. Weißhäupl, Die Brunneninschrift von Lusoi.

Capelle — Berliner philologische Wochenschrift 34, 1914, p. 361—370 W. Capelle de Landii quaestt. II.

Vita.

Henricus Öhler Gustavi scribae quaestorii filius, Gustavi Friderici theologiae professoris nepos matre Sophia e gente Schmid natus sum Stuttgartiae a. d. XIV Kal. Iun. anni p. Chr. n. MDCCCLXXXIX. decem autem per annos secundum morem Virtembergicum cum frequentassem gymnasium Stuttgartiense, quod Caroli Virtembergiae regis nomine vocatur, in stipendium sive seminarium theologicum Tubingense anno MCMVII receptus Graecarum et Romanarum litterarum et historiae universae studio praeter sex anni MCMXI menses in universitate Fridericiana Guilelmiana Berolinensi peractos per sex annos in universitate Eberhardina Carolina Tubingensi me dedidi.

Scholas autem frequentavi virorum illustrium L. Schwabe, W. Schmid, G. Gundermann, F. Noack, E. Kornemann, W. Goetz, W. Busch, A. Wahl, R. Garbe, H. Fischer, E. Adickes, A. Schlatter, P. Wurster, F. Fleiner, C. Bohnenberger, F. Volbach, C. Ritter, A. Rapp, M. Schiele, H. Römer, — U. de Wilamowitz-Möllendorff, E. Norden, W. Schulze, D. Schäfer. seminarii philologici universitatis Tubingensis per quinque annos et sex menses fui sodalis docentibus W. Schmid, G. Gundermann, R. Herzog, A. de Mess, O. Leuze, R. Griesinger, E. Hermann, H. Deckinger; seminarii historici Tubingensis per quinque annos docentibus E. Kornemann, W. Goetz, W. Busch, A. Wahl, A. Rapp; Berolinensis autem litterarum antiquarum instituti et seminarii historici per sex menses docentibus E. Meyer et D. Schäfer.

et cum aliis multum debeo tum professoribus Goetz, Wahl, Schäfer, Schlatter, tum Guilelmo Schmid, qui ad rerum mirabilium scriptores perquirendos me adduxit, studio autem eorum deditum semper adiuvit et erexit; quibus omnibus gratiam ago et servo.

scripsi libello impresso

Stuttgartiae Kal. Aug. a. MCMXIV.